



Skizze u. Kopf. ~~54~~ 54.

Ms. A. 11. 010

vgl. Ze 77. *Wk.*



T. O. 157.

CHRISTIANI WEISII,  
(VIRI QVONDAM CLARISSIMI,)

NVCLEVS  
LOGICAE:

Succinctis  
REGVLIS,  
sufficientibus tamen  
EXEMPLIS,  
in  
COMPENDIO

exhibens,

quicquid à primis Disciplinae auditoribus  
disci vel requiri potest:

*In eorum gratiam, qui majori Logica (ipsis)  
jam dudum publicata manus admovere  
tandem cupiunt.*

---

EDITIO NOVA,

CVRANTE

IOH. CHRISTIANO LANGIO;  
PROFESSORE PHILOSOPHO  
GISSENO:

Qua praeter Additiones creberrimas, Terminorumque Artis Germanicas Expressiones, per modum interpolationis aut parenthesis ipsi B. Dn. Autoris textui curate recognito, in Locum necessarii supplementi aut illustramenti, ab Editore interjectas subiectasque, etiam continua quadam accesserunt ejusdem ADDI-  
TAMENTA NOVA, una cum nova Praefatione, quae rationem & usum cum Opusculi ipsius, tum novae hujus Editionis, disertius exponit.

---

GISSAE, Typis & Sumptibus Iohannis Mülleri,  
Anno MDCCXXI.

**PRAEFATIVNCVLA B. DN.**  
**AVTORIS.**

**LECTOR BENEVOLE.**

**P**ROdiat hic nucleus, ut publicae disputationis argumentum exhiberet in Gymnasio nostro, cui specimen valedictorium debebat JOH. TOBIAS HEINRICI, Lipsiensis. Quia tamen non nulli crediderunt, commodum fore, si pagina non admodum multa legi possent à pluribus: facile consensi, ut Bibliopola tabernam ingrederetur libellus, ex amica nostrorum opponentium velitatione velut in apertiore censura palastram protrahendus. Sed cum inscriptum fuisset hoc specimen VIRIS SPLENDIDISSIMIS, quos Respondens habet PATRONOS, ac STUDIORVM DIRECTORES, DN. VALENTINO ALBERTI, THEOLOGO & PROFESSORI, EIVSDEMQUE GENERO DN. M. IOHANNI GVNTHERO, ECCLESIASTÆ APUD LIPSIENSES: facere non potui, quin NOBILISSIMIS NOMINIBVS denuo consecratum ac commendatum esse jubeam, quicquid laboris scholastici, nucleo satis exiguo, proponitur. Probabitur ipsis, sin minus scribentis ingenium, certe serium provehendo juvenutis studium. Ac ut fundamentis apud me jactis superstruere sepius queant splendidiora & prestantiora; DEVS, sanitatis ac felicitatis auctor, efficiat: quem nobis, orbi erudito, Reip. Christiana longis adhuc annis propitium experiantur & benignum. Zittavia è Gymnasio d. 16. Novembr.

MDCXC.

RATIO



RATIO  
**INSTITVTI:**

(PROVT AB IP SO B. DN. AVTORE  
 EST PROPOSITA.)

I.

**V**T in omnibus disciplinis, sic in Logicâ **TRIUM**  
**GENERV**M habemus **QVA**ESTIONES. *Aliqua*  
 jaciendis fundamentis inserviunt, & ipsa necessitate  
 postulante proponuntur, examinantur, repetun-  
 tur, etiam apud tyrones. *Aliae*, nescio quo jure  
 consuetudinis, libellos systematicos occupave-  
 runt, ac ideo discuntur, ut satisfiat censoribus aut  
 examinadoribus. *Aliae* tandem provectioribus con-  
 ducunt, qui vel meditando, disputando, vel alios  
 docendo vires experiri volunt ultiores.

II. Obscurum id esse non potest, majorem no-  
 stram Logicam perlustranti. Habentur *necessaria*  
 de Syllogismo, de Terminis, quin & de singulorum  
 instrumentorum applicatione, quibus imbui par est  
 primos artis auditores. Habentur *aliqua*, non alium  
 in finem repetita, quam ne displiceam hominibus  
 consuetudini addictis, nec mei nesciant, quid re-  
 sponderi debeat, etiam inutilia quærentibus. *Neque*  
 tandem illi *nihil* inveniunt, qui Scholasticorum aut  
 Sophistarum tricis, vel realium disciplinarum diffi-  
 culta-

is ar-  
 speci-  
 RICI,  
 com-  
 offent  
 in in-  
 titium  
 a pro-  
 cimen  
 us ha-  
 DI-  
 RTI,  
 MQUE  
 ERO,  
 facere  
 denno  
 cquid  
 nitur.  
 certe  
 unda-  
 splen-  
 felici-  
 Reip.  
 tar &  
 br.

ATIO

cultatibus pressi, lucem desiderant aliquanto clariorem.

III. At interest juventutis, quæstionum earum nosse discrimina, quid serio & accuratè tractari, quid perfunctoriè & in spem futuræ oblivionis attingi, quid denique futuris & maturioribus meditationibus reservari debeat.

IV. Quamobrem ne præcipuum hoc præceptoris officium à me neglectum videretur, meis auditoribus **NVCLEVM ALIQVEM** proposui, cujus ductu **QVÆSTIONES LOGICAS POTIORES** cognoscerent, quibus excolendis solidum constaret disciplinæ fundamentum.

V. Interim qui calamo id exceperant, vel minus eleganter, vel minus accurate, sæpius intelligebant, quid optassem, quam quid ipsi sperare possent: ac adeo gratum fuit, per disputandi hanc occasionem eligi argumentum id ipsum posse, quod multorum commodo formulis exscriberetur publicis.

VI. Occurrunt igitur in **COMPENDIO**, seu ut loqui libitum est, in **NVCLEO**, quibus carere **Logices** studiosus non potest, nisi fundamentum sternere velit adeo lubricum, quod superstruendis sublimioribus non sufficiat.

VII. Et ea præ cæteris mihi sunt necessaria, quæ praxin adjuvent, ac in studiis tum oratoriis, quæ loqui docent, tum potissimum moralibus, quæ agere & consultare docent, quò simul cum **Theologia** refertur **Jurisprudentia**, præsentem aliquam utilitatem demonstrant.

VIII. Testabuntur id *Doctrina Topica distinctio-*  
*nes*: quas selegi varias quidem, sed exemplorum  
 moralium maximè capaces: ne, qui regulas orato-  
 rias ad Logicæ ductum formare jubentur, vel mini-  
 mis impedimentis districti, tardius aut molestius  
 procedant.

IX. Brevitatis studium produunt *Regula*: sed  
*Exemplis* sua constabit perspicuitas, penè dixerim  
 prolixitas: cum præsertim dirigantur ad usum &  
 pietatem vitæ.

X. Nam, ne quid dissimuletur, quod exiguum  
 hunc laborem commendare præ cæteris potest,  
 dum Enunciationum & Syllogismorum attulimus  
 exempla, virtutum ac vitiorum potiora leguntur  
 nomina, quibus vel probandis vel improbandis  
 Theologia moralis, seu, ut apud tyrones loquen-  
 dum est, explicatio Decalogi, suam alias operam  
 addicit. Sic, ubi credimus, solam exerceri Logi-  
 cam, aliqua reperuntur bonis moribus digna, quin  
 & iatermiscendis magistrorum admonitionibus  
 accommodata.

XI. Sane non abnuerim, primulos auditores,  
 præsertim quos ingenii tarditas abire vix patitur  
 ultra classem rerum sensibilibum, exerceri facilio-  
 ribus & brevioribus exemplis: *Mensa est lignea,*  
*Culter est ferreus, Mensa potest comburi, Culter*  
*potest nocere, &c.* Sed ut talia præscriberem, quæ  
 cuilibet ultro paterent, non erat opus; nec  
 acquiescendum est: siquidem ipsa dissertationum  
 & disputationum praxis raro gaudet exemplis,  
 quali;

qualibus etiam compendia communiter perstre-  
punt, *Homo est animal, Homo non est lapis. Petrus*  
*scribit, Petrus non currit*; quin potius subjectorum  
& prædicatorum tales accedunt determinaciones,  
quæ hominem brevibus tantum enunciationibus  
& syllogismis adfuerum confundere vel distrahere  
quam facillime queant. Inde primis statim ele-  
mentis hanc admisceri difficultatem, & pulcher-  
rimum est. & commodissimum.

XII. Cæterum nulla res ita potest exhiberi, ut  
singulis assequendis valeat primi auditoris intelle-  
ctus. Inde consultum duxi, nonnullas theses asseri-  
sco notare, quas initio seponi, curisque seu repetitio-  
nibus secundis reservari velim. Quod superest,  
Deum rogo, qui studiis instrumentalibus fervere po-  
tissimum Gymnasia voluit, ut nobilem hanc inge-  
niorum nutricem reddere dignetur Patronis gratio-  
sam, docentibus jucundam, discipulis familiarem,  
ne, qui pergunt ad sublimiora, scientiam invenisse,  
sed malo suo sciendi modum neglexisse,  
conquerantur.



De ADDITAMENTIS NOVIS & NOVA  
PRAEFATIONE EDITORIS vid. infr.  
pag. 106. quæ est hujus Nuclei ultima.

**PRAEP.**



C. D.

PRÆPARATIO.

I.

**L**OGICA, (dicta à voce Græca λόγος, *Rationem* vel *Sermonem* designante,) est h. l. disciplina instrumentalis, in forma us intellectum ad modum sciendi, (s. *Ratione utendi*,) h. e. ut feliciter tractare queas cæteras disciplinas.

II. Partes habet duas: THEORETICAM, (Den Betrachtenden/) quæ agit de *natura instrumentorum*; PRACTICAM, (Den Wirkenden/) quæ agit de *applicatione instrumentorum*.

III. INSTRUMENTA digeruntur in tres classes: quot nimirum sunt *Mentis Operationes*: (scil. *Intellectui essentielles, & fundamentales.*)

IV. *Prima mentis Operatio* versatur circa *Terminum simplicem*, (den Einfachen Begriff/) seu nudum vocabulum (aut conceptum,) siue affirmatione & negatione: *cujus instrumenta reperiuntur in PRÆDICABILIBUS*, (in den Satz oder Ausspruchs Ordnungen und Verhältnissen/) (& cæteris annexis.)

V. *Alteram mentis Operatio* versatur circa *Terminum complexum*, (den Vielfachen Begriff/) cum duo

A

duo

duo termini simplices conjunguntur: *cujus instrumentum est ENUNCIATIO*, (Der Ausspruch.)

VI. *Tertia mentis Operatio* enunciationes s. propositiones (*plures*) inter se comparat, & ex iis (inter se connexis) aliquid colligit: *cujus instrumentum est SYLLOGISMUS*, (Der Vernunft = Schluss / oder die Schluss = Folgerung.)

VII. *Hæc instrumentorum tractatio* vel est *facilior*, *quæ cadere possit etiam in pueros*: vel *difficilior*, *quæ expectare debet annos paulum maturiores.*

VIII. *Tractatio facilior* occurrit in doctrinâ *ENUNCIATIONIS*, (des Ausspruchs /) & *SYLLOGISMI*, (des Vernunft = Schlusses /) *quæ pueros etiam dirigere potest in elaboratione tum Periodorum*, (ausführlicher Red = Sätze /) *tum Chriarum* (ganzer Kleinen nützlichen Reden.)

IX. *Tractatio difficilior* deprehenditur in *Terminis simplicibus*, (in einfachen Begriffs = Wörtern /) *h. e. in doctrina PRÆDICABILIIUM*, (derer Satz oder Ausspruchs = Ordnungen /) *quam percipere nemo potest sine subsidio PRÆDICAMENTORUM*, (derer Sach = Ordnungen /) & *LOCORUM TOPICORUM*, (derer Betrachtungs = Ordnungen oder Sacher.)

X. *Inde quemadmodum ORDINE NATURÆ* præcedere debet *Terminus simplex*: ita jubente sic *Methodo* s. *ORDINE DOCTRINÆ*, primo diceretur de *Enunciatione*, postmodum de *Syllogismo*, tandem de *Termino*, (& cæteris annexis, horumque omnium usu.)

CAPUT I.

DE ENUNCIATIONE.

I.

ENunciatio, (der Ausspruch) est oratio (vel sermo,) constans ex *Subiecto* & *Prædicato*, (aus einer Unterlage und Sage/ oder/ aus einem Unterlegten und Gesagten.) (vel clarius: aus einer Sache und Sage.) e. g.

DEUS vivit.

Pietas est utilis.

II. SUBJECTUM est, de quo aliquid dicitur: PRÆDICATUM, quod dicitur (de aliquo.) Utraque pars jungitur (in affirmatione) per COPULAM, h. e. per verbum EST, vel per constructionem prædicati: (sicuti in negatione disjungitur per NON-EST.)

(Hinc Partes Materiales Enunciationis sunt *Subiectum* & *Prædicatum*; Pars Formalis autem est SIGNUM Conjunctionis vel Disjunctionis, h. e. Affirmationis vel Negationis.)

III. Quia *Subiectum* inchoat enunciationem, *Prædicatum* eandem finit; alio nomine dicuntur *Termini*, (i. *Extrema*, die äußerste Gränzen.)

IV. *Subiecto* & *Prædicato* plerumque accedunt alia vocabula, quæ sensum magis illustrant, (vel complent ac circumscribunt,) & dicuntur *determinationes*, (Bestimmungen/ Beschreibungen.)

DEUS benignissimus AMAT homines.

PIETAS, quæ timorem, amorem, & fiduciam Deo probat, hujus & alterius vite felicitatem AFFERT.

\*V. Interim *Enunciatio Logica* simplicem & ordinatam constructionem amat: sibi que cavere discit à constructionibus *Rhetoricis*.

*Omnis is est constans, qui amat DEUM.  
Humilitatem docet Pietas.*

Nam Logicè sic diceret:

*Omnis, qui amat Deum, est constans.  
Pietas docet humilitatem.*

Hinc etiam utiles (*Logicè*) non sunt (*Enunciations*)

*Optativæ: utinam Deus nos exaudiat!*

*Precativæ: Adjuva nos Deus!*

*Imperativæ: Confide Deo.*

*Interrogativæ: Quando veniet Deus?*

nisi ex *Nox-enunciatis*, (die keinen gewissen *Ausspruch thun*!) ut *Logici* loquuntur, fiant *Enunciativæ*, (die einen gewissen *Ausspruch thun*!) ac certi quid determinent.

*Opto, ut Deus nos exaudiat.*

*Rogo, ut Deus nos adjuvet.*

*Tu debes confidere Deo.*

*Scire velim tempus, quando venerit Deus.*

VI. ENUNCIATIO, (scil. *Enunciativa*;) dividitur quadrifariam. Est enim

*Vera vel Falsa: (resp. MATERIE.)*

*Affirmativa vel Negativa: (resp. QUALITATIS.)*

*Universalis vel Particularis: (resp. QUANTITATIS.)*

*Simplex vel Composita, (resp. FORMÆ.)*

VII. VERA (die Wahre) est, quæ cum re consentit.

*Christianus verus est patiens.*

FALSA (die Falsche) est, quæ cum re dissentit.

*Christianus verus desperat.*

\*IIX

\*IX. Res, cum qua consentire debet enunciatio, vel habetur in DISCIPLINA REALI.

*Fides in Christum justificat.* (in Theolog.)

*Tutor obligatur pupillo.* (in Jurispr.)

*Vinum nocet febricitantibus.* (in Medic.)

*Virtus consistit in mediocritate.* (in Philosoph.)

vel dependet ab EXPERIENTIA.

*Tempore hiemis arbores carent foliis.*

*Turca frustra tentaverunt Viennam.*

IX. Enunciatio AFFIRMATIVA (die *Bestehende*) prædicatum dicit inesse (s. conjungit) Subjecto.

*DEUS est adorandus.*

NEGATIVA (die *Verneinende*) prædicatum removel (s. disjungit) à Subjecto.

*Imagines non sunt adorande.*

X. Dantur enunciationes apparenter - Negative, quæ tamen affirmant: ac vocantur INFINITÆ, (scil. à *Termino infinito*, der nur anzeigt / was eine Sache nicht sey;) ubi negatio non afficit Copulam, sed pertinet vel ad Subjectum, vel ad Prædicatum.

*Omnis non cognoscens Deum, amat mundum.*

quasi dicas:

*Quicumque (est is, qui) non cognoscit Deum, amat mundum.*

*Hypocrita est non cognoscens Deum.*

seu commodius:

*Hypocrita est is, qui non cognoscit Deum.*

\*XI. Dantur enunciationes apparenter - Affirmative, quibus tamen inest negatio: quales sunt EXCLUSIVÆ,

SIVÆ, (die Ausschliessende;) (item EXCEPTIVÆ, die Ausnehmende/ & RESTRICTIVÆ, die Einziehende.)

*Sola fides justificat.*

*(Homo, præter Christum, est peccator.)*

*(Christus, quâ divinam naturam, est Deus.)*

Dicuntur **EXPONIBILES**, (Auslegbare/) quoniam (expositione opus habent, &) sic exponuntur;

*Fides justificat, &*

*Quicquid non est fides, non justificat.*

*(Homo est Peccator; atque*

*Christus est Homo; sed tamen Christus non est peccator.)*

*(Christus est Deus, respectu ævina nature; hinc*

*Christus sine respectu divina nature non est Deus.)*

(Ad Exponibiles etiam, ut alias species taceamus, referri solent hujusmodi **COMPARATIVÆ**, oder **Vergleichende** :

*Plato est sapientior Aristotele.*

*Virtus est melior vitio.*

*Scortatio est melior adulterio.*

Ubi in expositione duorum exemplorum posteriorum vox melior idem est ac non-mala, vel minus-mala.)

\* XII. **Affirmatio & negatio interdum est ABSOLUTA**, (ohne Art und Weise:)

*Pius est humilis.*

*Superbus non cognoscit seipsum.*

interdum **Prædicato** (f. potius **Signo**) accedit **MODUS**, (eine Art und Weise der Bejahung oder Verneinung:)

*Pius*

*Pius necessario est humilis.*

*Superbus impossibiliter cognoscit seipsum.*

*Christianus contingenter est afflictus.*

*Infelix possibiliter contemnit calamitatem.*

Equidem communiter (s. vulgariter) sic exprimuntur: (suntque DICTUM & MODUS provide ubique discernenda.)

*NECESSE est, pium esse humilem.*

*IMPOSSIBILE est, superbum cognoscere seipsum.*

*CONTINGIT, Christianum affligi.*

*POSSIBILE est, infelicem contemnere calamitatem.*

Sed ista constructio non est simplex & Logica; quin potius inclinare videtur ad variationem Rhetoricam: unde variis etiam exponitur difficultatibus.

XIII. Enunciatio UNIVERSALIS (die allg. Gemein = bejahende oder verneinende /) est, cujus Subjecto præfigitur Signum Unversale, s. ad Omnes pertinens.

*O. amicus Dei libenter salutat.*

*N. honestus libenter jurat.*

*Quicumque committit perjurium, est blasphemus.*

\*XIV. Sensum universalem (suo modo) etiam alia habent vocabula.

*Ubicunque Deum consecramur, ibi templum est.*

*Quandocunque serio precamur, tempus sacrum est.*

*Undecunque turbatur devotio, id illicitum est.*

Sic enim resolvuntur.

Omnis locus, ubi Deum confitemur, templum est.

Omne tempus, quo serio precamur, sacrum est.

Omnis res, unde turbatur devotio, illicita est.

XV. Enunciatio PARTICULARIS (die zum theil bejahende oder verneinende) est, cujus Subjecto præfigitur *Signum Particulare*, s. ad Paucos pertinens.

*Quedam allegatio nominis divini est injusta.*

*Aliqua precatio est simulata.*

*Nonnullum votum est illicitum.*

XVI. Enunciatio, quæ nullum habet *Signum*, vocatur INDEFINITA, (die Unbestimmte.)

*Sabbatum est sanctificandum.*

*Concio non est negligenda.*

XVII. Quando subjectum est *nomen proprium*, vel designatur *pronomine demonstrativo*, (vel quoque per *circumstantias singulares*,) enunciatio vocatur SINGULARIS, (die einzeln bejahende oder verneinende.)

*David delectabatur verbo Dei.*

*Hic rex, quem depictum videmus pulsantem fides, delectatus fuit verbo Dei.*

\*XIX. Dantur enunciationes apparenter-Universales.

1. Quando *signum Subjecto competit collectivè tantum*, in plurali; non *distributivè*, in singulari.

*O concionatores in nostro templo sunt quatuor.*

2. Quan-



2. Quando signum pertinet ad determinationem Subjecti vel Prædicati.

*Q. qui legit omnes Scriptura S. libros, est plebejus.*

*Q. Studiosus audivit omnes concionatores.*

XIX. Enunciatio SIMPLEX (die Einfache/) seu CATEGORICA (die schlechthin aussprechende) est, quæ unum habet Subjectum & unum Prædicatum: (simplici nexu ac sensu.)

*Jejunium est licitum.*

*Qui verbum Dei meditatur, percipit gaudium spirituale.*

XX. Enunciatio COMPOSITA (die zusammen-gesetzte) est, quæ, (pluribus quasi simplicibus quodammodo constans,) dividitur in Antecedens & Consequens.

*Si proximus debet amari, debet tolerari.*

XXI. Enunciatio (hoc modo) composita est triplex: Hypothesica, Copulativa, Disjunctiva.

XXII. HYPOTHETICA (die Bedingende/) Prædicatum Subjecto tribuit sub certa conditione. (Hinc verus cum consequente requiritur nexus.)

*Si scandalum est perniciosum, non debet dari proximo.*

XXIII. COPULATIVA (die Verbindende) uni Subjecto tribuit plura Prædicata, vel unum Prædicatum (aut quoque plura) pluribus tribuit Subjectis. (Hinc ejus veritas requiritur secundum omnes partes.)

*Parentes & honorandi, & obsequiose colendi, & gratis officiis prosequendi sunt.*

*Et Princeps, & parens, & patronus requirit venerationem, (& obedientiam.)*

A §

\*XXIV.

**\*XXIV. DISJUNCTIVA** (die Zertheilende) nominat plura Prædicata, è quibus, (si vera est,) (non nisi) unum Subjecto tribui potest: (aut plura Subjecta, quorum non nisi uni tribui potest Prædicatum.)

*Filius degener aut ignavus, aut morosus, aut voluptuari deditus est. (Hæc minus vera.)*

*Si puniri debet filius, id faciet aut Pater, aut Præceptor, aut Magistratus. (Hæc verior.)*

**\*XXV. Dantur enunciationes apparenter-Compositæ, quæ tamen sunt simplices.**

*Sicut se habet tranquilla tempestas ad agros: ita se habet placabilitas ad conversationem humanam.*

*Qualis amicitia, talis concordia.*

**Sic enim resolvuntur:**

*Quæcumque commoditas à tranquilla tempestate defertur ad agros, ea placabilitatis beneficio defertur ad conversationem humanam.*

*Qualitas amicitie est qualitas concordie. Seu clarius:*

*Quæcumque bonitas seu firmitas competit amicitie, ea simul competit concordie.*

**XXVI. Quando enunciationes affirmativæ & negativæ juxta se ponuntur, (ratione pugnantis Signi;) emergit **OPPOSITIO**, (die Entgegensetzung;) quæ quidem est (præcipue) duplex: *Contraria & Contradictoria.***

**XXVII. CONTRARIA** (die Wiederwärtige) est, ubi invicem pugnant duæ universales. (Nam inter duas particulares, dicitur **SUBCONTRARIA**.)

*O. misericors cogitat de auxilio.*

*N. misericors cogitat de auxilio.*

**\*XXIX.**

\*XXIIX. Insigni tamen defectu laborat hæc oppositio: quod, in materiâ contingente, utraque potest esse falsa; (Sicuti Sub-contrariarum utraque potest esse vera.)

*Q. inimicus est homicida.*

*N. inimicus est homicida.*

XXIX. CONTRADICTORIA (die Widersprechende) est inter (pugnantem) universalem & particularem; (quarum utraque nec vera nec falsa esse potest.)

*Q. Invidia nocet sibi met ipsi.*

*Q. Invidia non nocet sibi met ipsi.*

*N. iracundus est fortis.*

*Q. iracundus est fortis.*

(Nam hic opponuntur sibi *Omnis* & *Quidam non*; quia hoc idem valet ac *Non-omnis*: itemque *Nullus* & *Quidam*; quia hoc idem valet, ac *Non-nullus*.)

XXX. In singularibus & indefinitis (ad contradictionem) sufficit, (ob Signi *universalis* & *particularis* absentiam,) simplex negatio.

*Vindicta cupiditas animi reddit turbulentum.*

*Vindicta cupiditas animum non reddit turbulentum.*

*Esavus nociturus Jacobo habebat animum turbulentum.*

*Esavus nociturus Jacobo non habebat animum turbulentum.*

XXXI. Contradictoria quoque est, cum (toti) Enunciationi præfigitur particula NON.

*Inimici sunt diligendi.*

*Non inimici sunt diligendi.*

Quasi

Quasi dicas:

*Hec enunciatio, que statuit inimicos esse diligendos, non est vera.*

Etiam in compositis:

*Si vicinus gaudet de vicini malis, ei denegabit auxilium.*

*Non, si vicinus gaudet de vicini malis, ei denegabit auxilium.*

\*XXXII. Oppositionis (igitur) contradictoriæ hæc est nobilitas, ut (Propositionum sic oppositarum) altera semper sit necessariò vera, altera necessariò falsa. Proinde commodissimum in disputationibus locum invenit.

\*XXXIII. Cæterum in quavis oppositione requiritur, ut utrobique sint iidem termini, & idem terminorum sensus, (vel respectus.) Inde minus probantur exempla:

*Homicidium* [dum latro conficit viatorem] *est peccatum.*

*Homicidium* [dum carnifex percudit maleficum] *non est peccatum.*

*Calumniator est homicida,* [impropiè.]

*Calumniator non est homicida,* [propiè.]

*Timidus nocet proximo:* [indirectè, quoniam non fert suppetias.]

*Timidus non nocet proximo,* [directè, quia nullam infert injuriam.]

(Plura de *Enunciationum AFFECTIONIBUS* dicuntur in *Addendis.*)

CAP. II.

CAPUT II.  
DE SYLLOGISMO,

I.

Omnia Enunciatio (s. Thesis) (ein jeder Ausspruch oder Satz) probari potest per suam rationem (s. Axiologiam) (Ursach oder Ursachs-Anführung.)

II. Quando Enunciatio s. Propositio probanda antecedit, Ratio sequitur: dici solet MATERIA SYLLOGISMI, vel in Oratoriiis CHRIA. (Nam hic probatur quidem thesis, sed non infertur.) ut:

*Juuenis est castus:*

*Nam vult placere sancto DEO.*

III. Quando (autem) Ratio antecedit, & ipsa Propositio probanda sequitur: à Logicis vocatur ENTHYMEMA, (ein verkürzter Schluss / wo bey ein Satz im Sinn behalten wird;) ab Oratoribus CHRIA INVERSA. (Hic enim jam infertur thesis; sed adhuc minus plene & perspicue.) ut:

*Juuenis placere vult sancto DEO,*

*Ergo Juuenis est castus.*

IV. Quando (autem) in Enthymemate quæritur rationis & probandæ propositionis (plena & evidens) CONNEXIO; PERFECTUS emergit SYLLOGISMUS, (ein völliger Vernunftschluß.) ut:

*Quia placere vult sancto DEO, est castus:*

*Juuenis placere vult sancto DEO,*

*Ergo Juuenis est castus.*

V. Inde

V. Inde quilibet Syllogismus habet **TRES TERMINOS.** (3. Haupt-Begriffe.)

**SUBJECTUM** Conclusionis, (s. terminum *MINOREM*, vel *angustiore*, de quo inferitur,) *Juvenis.*

**PREDICATUM** Conclusionis, (s. terminum *MAJOREM*, vel *latiore*, qui inferitur,) *est castus.*

**CONNEXIONEM**, s. *MEDIUM* terminum, (per quem inferitur,) *Vult placere sancto DEO.*

VI. Quilibet etiam Syllogismus habet **TRES PROPOSITIONES**: (Duas *inferentes*; Unamque *illatam*: scil.)

**MAJOREM**, (den *Vorsatz*) ubi constructur *medius terminus cum* (termino *majori*, s. *predicato* conclusionis.)

**MINOREM**, (den *Nachsatz*) ubi constructur *medius terminus cum* (termino *minori*, s. *subjecto* conclusionis.)

**CONCLUSIONEM**: (den *Schluss*.) (Quæ è duabus istis *PREMISSIS*, tanquam *inferentibus*, inferitur.)

Major. *Qc. custodire debet famam, debet esse verecundus.*

Minor. *Literarum studiosus debet custodire famam. E.*

Conclusio. *Literarum studiosus debet esse verecundus.*

(\*Propositio Major aliquando etiam absolute vocatur **PROPOSITIO**; sicuti & Minor vocari solet **ASSUMPTIO**; & Conclusio **ILLATIO**.)

VII. A

VII. A positu medii termini dignoscuntur *FIGURÆ*, (Die *Stellungen*;) quas habemus *tres*; (cum *quarta*, quæ est conversa prima, à plerisque rejiciatur.)

VIII. PRIMA FIGURA medium terminum in *Majori*, h. e. in primâ propositione, habet *Loco SUBJECTI*, in *Minori*, h. e. in altera propositione, *Loco PRÆDICATI*.

*Qc. suppeditat occasionem peccandi, debet vitari.*

*Ebrietas suppeditat occasionem peccandi. E.*

*Ebrietas debet vitari.*

IX. SECUNDA FIGURA medium terminum utrobique, (h. e. in Prop. Majori & Minori,) habet *Loco PRÆDICATI*.

*Qc. studiis conducit, id ingenium non reddit tardum.*

*Intemperantia cibi ingenium reddit tardum.*

*E.*

*Intemperantia cibi studiis non conducit.*

X. TERTIA FIGURA medium terminum utrobique, (h. e. in Prop. Majori & Minori,) habet *Loco SUBJECTI*.

*Q. focus parit scandalum.*

*O. focus excitat hilaritatem. E.*

*Q. quod excitat hilaritatem, parit scandalum.*

XI. Cæterum ut cognoscamus Syllogismos legitimos: Regulæ dantur *GENERALES*, h. e. omnibus figuris communes, & *SPECIALES*, h. e. singulis figuris propriæ.

XII. Generales regulæ sunt tres. Prima: *EX PURIS*

PURIS PARTICULARIBUS, (ob defectum  
*Subalternationis*,) & EX PURIS NEGATIVIS,  
(ob defectum *Connexionis*,) NIHIL SEQUITUR.  
Inde nihil valent Syllogismi:

*Q. vitium est scurrilitas.*

*Q. luxus vestimentorum est vitium. E.*

*Q. luxus vestimentorum est scurrilitas.*

*N. lascivia est virtus.*

*N. sobrietas est lascivia. E.*

*N. sobrietas est virtus.*

XIII. Altera regula est: IN SYLLOGISMO  
(*simplici & perfecto*,) (ob naturalem hujus ternarii  
*necessitatem*, de quâ vid. §. V.) NON SINT PLU-  
RES TERMINI QUAM TRES. Inde non  
valet argumentatio:

*Qc. ingreditur convivium [impium & im-  
purum,] peccat.*

*Q. Christianus ingreditur convivium [pium,  
modicum & purum.] E.*

*Q. Christianus peccat.*

XIV. Sunt tamen Syllogismi, qui apparenter ha-  
bent plures terminos, si forte in aliqua propositione  
lateat ellipsis, (vel synonymia.)

*Qc. Studiosus tractat artes ridiculas, negligit  
suum scopum.*

*Johannes tractat artes ludicras. E.*

*Johannes negligit suum scopum.*

Nam Minor expressè sic debet poni:

*Johannes est studiosus, qui tractat artes ridi-  
culas.*

Item:

*Qualis Praceptor, talis discipulus.*

Doctor,



Doctor amat vanitatem. E.

Discipulus amat vanitatem.

Sic enim se habet legitima constructio:

Qualitas Præceptoris est qualitas Discipuli.

Amare vanitatem est qualitas Præceptoris. E.

Amare vanitatem est qualitas Discipuli.

(Dantur & Syllogismi, qui apparenter habent pauciores terminos, si forte unus idemque quoad rem & vocem terminus, aut sub duplici veniens respectu & officio, duplicem tamen non videatur terminum referre.

*Qc. est Lapis, illud non est ferrum.*

Atqui Lapis est Lapis. E.

Lapis non est ferrum.

Vox Lapis enim hic bis stat pro termino Medio, ac semel pro Minori: indeque in Propos. Minori est & Subjiciens sese, & sibi ipsi (subjectus.)

(De istis autem Syllogismis, qui, ob latentem in aliquo termino æquivocationem, tribus nec plures nec pauciores habere terminos videntur, cum plures tamen vera habeant: Exemplum jam est propositum in §. XIII.)

(Notandum porro, quod leviores variationes grammaticæ, in solo genere, numero, tempore, persona, consistentes, non censeantur terminorum numerum augere, nisi res ipsa speciatim postulet, ut idem terminus reperatur sub uno eodemque accidenti.

*Qc. est Bonum, est amandum.*

Deus est Bonus. E.

Deus est amandus.)

(Ex adverso non licet argumentari:

*Qc. peccavit, promeruit pœnam.*

Titius peccabit. E.

B

*Titius promeruit poenam.)*

XV. Tertia regula est: **CONCLUSIO**, (ne scilicet aliquando sit præstantior, quam una aliqua è suis Præmissis.) **SEQUITUR PARTEM DEBILIOREM**: h. e. si aliqua præmissarum sit **PARTICULARIS**, ipsa conclusio est particularis; si aliqua sit **NEGATIVA**, conclusio quoque est negativa.

*Vid. exempla figurarum sequentia.*

XVI. **REGULÆ SPECIALES** applicantur ad ipsas Figuras: (Technicis suis Nominibus, quibus earum **MODI**, h. e. *Propositionum Quantitas & Qualitas*, unà cum *Figurarum Reductione* significatur, insignitas. Huc spectant verficuli: *Asserit A. negat E. ast universaliter amba: Asserit I. negat O. ast particulariter amba. Item: S. vult simpliciter verti; P. verò per accid. M. vult transponi; C. per impossibile duci.*)

**XVII. IN PRIMA FIGURA:**

Major semper sit universalis.

Minor semper sit affirmans.

bAe — *O. homo natus est ad laborem.*

bA — *O. Princeps est homo. E.*

rA — *O. Princeps natus est ad laborem.*

cE — *N. inofficiosus amat proximum.*

lA — *O. ignavus est inofficiosus. E.*

rEnt — *N. ignavus amat proximum.*

dA — *O. Prodigalitas est improbanda.*

rI — *O. Eleemosyna est prodigalitas. E.*

I — *O. Eleemosyna est improbanda.*

fE-

fE—N. Pauper timet à latronibus.  
 rI—Q. sua sorte contentus est pauper. E.  
 O—Q. sua sorte contentus non timet à latronibus.

Ideoque non valent Syllogismi:

O. Usura perdunt cives.  
 N. Furta sunt usura. E.  
 N. Furta perdunt cives.

Quidam villicus est hospitalis.  
 Nabal est villicus. E.  
 Nabal est hospitalis.

XIIX. Improbati tamen non debent Syllogismi, quorum Minor apparenter negat, re tamen ipsa, quoniam habet constructionem infinitam, (h. e. termino infinito junctam,) affirmat.

Qc. non custodit divitias, non potest esse beneficus.

Mercator incantus non custodit divitias. E.  
 Mercator incantus non potest esse beneficus.

XIX. IN SECUNDA FIGURA:

Major semper sit universalis.

Altera præmissarum, ideoque ipsa conclusio sit (semper) negativa.

cES—N. Vir bonus est fraudulentus.  
 A—O. Falsator mercium est fraudulentus. E.  
 rE—N. Falsator mercium est Vir bonus.

cAM—O. Filius bona indolis pecuniam bene collocat.

ES—N. Luxuriosus pecuniam bene collocat. E.  
 rES—N. Luxuriosus est filius bona indolis.

fES- *N. beneficus est avarus.*

tI- *Q. amicus est avarus. E.*

nO- *Q. amicus non est beneficus.*

bA- *Qc. Deo confidit, non capat nimium lu-  
crum.*

rOC- *Q. eruditus capat nimium lucrum. E.*

O- *Q. eruditus Deo non confidit.*

Idoque non valent Syllogismi:

*O. avaritia displicet Deo.*

*O. prodigalitas displicet Deo. E.*

*O. prodigalitas est avaritia.*

*Q. Christianus circumvenit proximum.*

*N. pius circumvenit proximum. E.*

*N. pius est Christianus.*

## XX. In TERTIA FIGURA:

Minor semper sit affirmans.

Conclusio (semper) sit particularis.

dA- *O. Veritas decet Christianum.*

rAP- *O. Veritas displicet peccatoribus. E.*

tI- *Q. quod displicet peccatoribus, decet  
Christianum.*

fE- *N. delator est amore dignus.*

IAP- *O. delator blanditur. E.*

rON- *Q. qui blanditur, non est amore dignus.*

dis- *Q. suspicio decipitur.*

AM- *O. suspicio jactat nomen caute Pruden-  
tia. E.*

IS- *Q. quod jactat nomen caute prudentia, de-  
cipitur.*

dA-

dAt- | *O. qui commendat proximum, est benefactor.*

IS- | *Q. qui commendat proximum, est pauper. E.*

I- | *Q. pauper est benefactor.*

bOC- | *Q. Mendax non invenit fidem.*

Ar- | *O. mendax est jactabundus. E.*

dO- | *Q. jactabundus non invenit fidem.*

fE- | *N. qui bona fama studet, alteri maledicit.*

rIS- | *Q. qui bona fama studet, est inimicus. E.*

On- | *Q. inimicus alteri non maledicit.*

Imprimis hic (in tertia Figura) valent Syllogismi ab Exemplis singularibus petiti.

*David omnia benignè interpretatur.*

*David à multis leditur. E.*

*Q. qui à multis laditur, omnia benigne interpretatur.*

*Saul est adulator.*

*Saul dissimulat inimicitiam. E.*

*Q. qui dissimulat inimicitiam, est adulator.*

Non autem procedunt isti, (contra Regulas impingentes:)

*O. hypocrita fallit proximum.*

*N. hypocrita est apertus fur. E.*

*Q. apertus fur non fallit proximum.*

*O. verum testimonium laudatur.*

*O. verum testimonium consistit in sermone. E.*

*O. quod consistit in sermone, laudatur.*

XXI. Dantur Syllogismi quoad Formam (C.

B 3

Struſtu.

*Structuram*) illegitimi, quorum tamen conclusio *per accidens* est vera, respectu Materie, (s. Propositionum in se.)

*N. mendacium est laudandum.*

*N. ebrietas est mendacium. E.*

*N. ebrietas est laudanda.*

Nam in eadem forma Syllogismus emergit falsus.

*N. mendacium est laudandum.*

*N. veritas est mendacium. E.*

*N. veritas est laudanda.*

\*XXII. Dantur etiam Syllogismi HYPOTHETICI, (s. *Conditionales, Bedingungs-Schlüsse* /) qui tamen facile reduci possunt ad Categoricalos s. Simpliciter. *Duabus autem Regulis* eosdem comprehendimus.

\*XXIII. Prima regula est: POSITO ANTECEDENTE, PONITUR, h. e. affirmatur, CONSEQUENS.

(PONERE s. affirmare h. l. sumitur *latius*, & idem est, ac dicere, quod *Antecedens & Consequens* sit *verum*. Quare, licet in *Antecedente* vel *Consequente* expressa quandoque sit *Negatio*: valet tamen hic pro *Affirmatione*, & non censetur ipsam copulam afficere, sed talis esse, qualis est in propositionibus affirmativis *Termini s. Extremi infiniti*, de quibus jam dictum fuit *cap. I. §. X. h. e. negatio non est formalis, sed tantum materialis.*)

*Si concupiscentia seducit (vel non seducit) hominem; est (vel non est) illa (propter seductionem) fugienda.*

Sed verum est prius, h. e. ponitur Antecedens:

dens: *concupiscentia seducit (vel non seducit) hominem. E.*

Et verum est posterius, h. e. ponitur Consequens: *concupiscentia est (vel non est) (propter seductionem) fugienda.*

Hic autem Syllogismus est *PRIMÆ FIGURÆ:*

*Qc. est seducens (vel non seducens) hominem; illud est (vel non est) (propter seductionem) fugiendum.*

*Concupiscentia est seducens (vel non seducens) hominem. E.*

*Concupiscentia est (vel non est) (propter seductionem) fugienda.*

Hinc etiam non licet argumentari à negatione (vel remotione) *Antecedentis ad negationem (vel remotionem) Consequentis; (nisi forte utriusque Prædicata sint termini convertibiles:)* nam Syllogismus emergeret *Prima Figura*, qui *Minorem (irregulariter) habet negativam, (formaliter & stricte talem.)*

*Si concupiscentia est virtus, residet in animo.*

*Sed concupiscentia non est virtus. E.*

*Concupiscentia non residet in animo.*

Sic autem detegitur vitium (*Minoris formaliter negativæ:)*

*O. virtus residet in animo.*

*Concupiscentia non est virtus. E.*

*Concupiscentia non residet in animo.*

\*XXIV. Altera regula est: **REMOTO CONSEQUENTE, REMOVETUR ANTECEDENS.**

*REMOVERE autem (h. l. simili modo) est negare, (larius acceptum,) (aut falsum*

pronunciare.) seu contradictoriam (Consequen-  
tis & Antecedentis cujuscunque, sive affirma-  
tivi, sive negativi) substituere.

*Si luxuriosus Christiane vivit, carnem cruci-  
figit.*

Sed (falsum est Posterius, f.) removetur  
Consequens: *luxuriosus carnem non cruci-  
figit. E.*

(Et falsum est Prius, f.) removetur Antece-  
dens: *luxuriosus Christianè non vivit.*

Nam Syllogismus est *SECUNDÆ FIGURÆ*:

*Qc. Christiane vivit, carnem crucifigit.*

*Luxuriosus carnem non crucifigit. E.*

*Luxuriosus Christiane non vivit.*

Hinc *posito* Consequente non licet ponere Antecedens;  
(nisi forte utriusque Prædicata sint termini convertibili-  
les:) nam Syllogismus emergeret in *Secundâ Figurâ*  
(irregulariter) affirmativus.

*Si mala concupiscentia prohibetur in primâ  
decalogi tabulâ, est vitium.*

Sed ponitur consequens: *est vitium. E.*

Et ponitur antecedens: *mala concupiscentiâ  
prohibetur in primâ decalogi tabulâ.*

Idque sic probari potest:

*Qc. prohibetur in prima decalogi tabulâ, est  
vitium.*

*Mala concupiscentia est vitium. E.*

*Mala concupiscentia prohibetur in primâ de-  
calogi tabulâ.*

\*XXV. Syllogismi Hypothetici pulchrum exem-  
plum præbet *DILEMMA*, (ein Schluß von bey-  
den Seiten greiffend) qui etiam *Cornelius, & Cro-  
codilinus*



codilinus vocari solet;) quod Consequens habet dis-  
junctivum, (vel constans è partibus Antecedentis dis-  
junctive oppositis; atque remotis vel impugnatis plerum-  
que, per additas scil. rationes vel per deductas ad  
absurdum consequentias, partibus disjunctivis sin-  
gulis, remouet vel impugnat quoque totum Antece-  
dens, cujus sunt illæ partes disjunctivæ.)

*Si licet concupiscere domum proximi, id venie  
vel à justitia, vel ab amicitia.*

*Sed nec à justitiâ, [quoniam prohibetur in  
lege:] nec ab amicitia, [quoniam alte-  
rius intendit damnum:] E.*

*Non licet concupiscere domum proximi.*

(Vel potest quoque illatio fieri hunc in modum :

*Si à justitia: sequitur, ut præcipiatur aut  
permittatur à Lege.*

*Si ab amicitia: sequitur, ut amicus possit  
amici damnum intendere. E. cum  
utrumque sit absurdum:*

*Non licet concupiscere domum proximi.)*

(Patet hinc, Dilemmatis requisita esse :

- 1.) ut partes disjunctivæ recte sibi opponan-  
tur, & se inuicem excludant.
- 2.) ut nulla earum sit omissa.
- 3.) ut rationes additæ, aut consequentiæ de-  
ductæ, recte se habeant; neque possint fa-  
cile mutari, inverti, & ad contrariam illa-  
tionem retorqueri.)

(Hinc minus recte se habebat illatio Biantis:

*Si uxor mihi est ducenda: erit ducenda vel  
pulchra, vel deformis.*

*Si pulchra*: verendum, ne corrivales provocet.

*Si deformis*: tædium illa procreabit. E.

*Nulla plane uxor mihi est ducenda.*)

(Etsi enim quoad *primum* requisitum recte se habeat: peccatur tamen adversus *secundum* atque *tertium*. Nam datur quoque uxor *mediocris formæ*. Nec firmæ hæ sunt consequentiæ. Possuntque hunc in modum ad inferendum contrarium mutari: *Si pulchra*: *delectamentum* asferet; vel, præbebit *occasionem exercenda continentia*. *Si deformis*: non erit *verendum, ne corrivales provocet*; vel, præbebit *ansam exercenda tolerantia*. E. utroque respectu erit uxor *ducenda*.)

XXVI. Sufficiant (hoc loco) illa cognoscendis Syllogismis. Sed opus est, crebris exemplis regulas in se paucas exerceri. Quamobrem magna REDUCTIONIS est utilitas: non quidem in *Logicâ utente*, cum progredimur ad disciplinas; at tamen in *Logicâ docente*, cum ejusdem excolimus instrumenta.

XXVII. Est autem REDUCTIO, (die *Stells lungs Verwandelung* /) quæ medium terminum beneficio *Conversionis* aliter collocat, ut (Syllogismus) in aliam perveniat Figuram.

XXIX. CONVERSIO (die *Ausspruchs Umbwendung* oder *Verkehrung*) est, cum Subjectum enunciationis mutatur in Prædicatum, & vicissim ex Prædicato fit Subjectum; (si non salva semper *Quantitate*; salva tamen ad minimum *Qualitate*; nec non, si adsit,) salva *Veritate*.

XXIX. Ea est I. SIMPLEX. 2. per ACCIDENS. 3. per CONTRAPOSITIONEM, (Quo spectant verficuli: FEGl

*FEcl simpliciter convertitur: AntE per Accid.  
FAlcO per Contra: sic fit Conversio tota.)*

**XXX. CONVERSIO SIMPLEX** eandem (ut ipsum nomen indicat,) retinet (non modo *Qualitatem*, sed quoque) *Quantitatem*, & valet in *universaliter negantibus*, & *particulariter affirmantibus*. (In *universaliter affirmantibus* autem, si constant *terminis convertibilibus*.)

*N. pœnitens luxuriat. E.*

*N. luxurians est pœnitens.*

*Q. pœnitens plorat. E.*

*Q. plorans est pœnitens.*

*(O. Extensum est divisibile. E.)*

*O. Divisibile est extensum.)*

**XXXI. CONVERSIO PER ACCIDENS**, (quæ ita dicitur, quia *Quantitati* per eam aliquid *accidit*,) ex *universali* facit *particularem*; (& locum *proprie ac directe* habet in *universaliter affirmantibus*, quæ non constant *terminis convertibilibus*.)

*O. consolatio nititur verbo DEI. E.*

*Q. quod nititur verbo DEI, est consolatio.*

**XXXII. CONVERSIO PER CONTRAPOSITIONEM**, (quæ à *terminis contraposis* nomen accepit,) è *terminis finitis* (convertendis) facit *infinitos* (convertos: & locum habet, ex parte *Prædicati*, in *particulariter negantibus*; nec non, ex parte *Subjecti* & *Prædicati*, in *universaliter affirmantibus*.)

*(Quoddam animal non est equus. E.)*

*Quoddam, quod est non equus, est animal.)*

*O. miser exoptat misericordiam. E.*

*O. non exoptans misericordiam, est non miser.*

Seu commodius:

Qc.

*Qc. non exoptat misericordiam, non est miser.*  
 XXXIII. Jam facilis erit SYLLOGISMORUM  
 REDUCTIO.

(Non quidem secundum *VETEREM* reducendi *MODUM*, qui peragitur ad ductum *Literarum Initialium, B. C. D. F.* quæ reperiuntur in *Nominibus Modorum Secunda & Tertia* Figuræ, ac docent, ad *Modos Prime* Figuræ, *iisdem literis initialibus* conspicua Nomina habentes, reductionem fieri debere; ut & ad ductum *Literarum cæterarum notabilium, S. P. M. C.* quæ & *ultra initium* in istis nominibus occurrunt, de quarum *usu & significatione* dictum non nihil fuit ad hujus capit. §. XVI.)

(Sed potius secundum *NOVAM* reductionis *METHODUM*, quæ tantum in Syllogismo reducendo jubet attendere *Conversionem: QUENAM* scil. *si convertenda è Præmissis? & QUOMODO sit convertenda?* quod utrumque ea docet his versiculis, ubi per *Alteram* figura *secunda*, per *Postremam* aurem *tertia* figura intelligitur, & NB. *illa respicitur conditio*, ubi *Simplex Conversio* non habet locum.

*ALTERA* Majorem vertit: *POSTREMA*  
*Minorem.*

*ALTERA* per Contra vertit: *POSTREMA*  
*per Accid.)*

Ponamus exemplum *SECUNDÆ FIGURÆ.*

*Qc. statim exaudit precantes, non vult probare constantiam,*

*DEUS* vult probare constantiam. *E.*

*DEUS* non statim exaudit precantes.

Si enim *MAJOR* (h. l. *universaliter negans*,) convertatur *simpliciter*, (sicuti *Major universaliter affirmans*)

mans per *Contrapositionem* debet converti,) habemus  
Syllogismum *PRIMÆ FIGURÆ*.

*Q.* probare vult constantiam, non statim ex-  
audit precantes.

*DEUS* vult probare constantiam; *E. &c.*

Ponamus exemplum *TERTIÆ FIGURÆ*.

*Persecutio* corrigit hominem.

*Persecutio* est molesta. *E. VIXXX*

*Q.* molestum corrigit hominem.

Si enim *MINOR*, (h. l. secundum sensum *universali-  
ter affirmans*,) convertatur per *Accidens*, habemus  
*PRIMAM FIGURAM*.

*Persecutio* corrigit hominem.

*Q.* molestum est persecutio. *E. &c.*

(Specialis tamen difficultas est in duobus *Tertiæ Fi-  
guræ Modis*, qui *DISAMIS* & *BOCARDO* so-  
lent appellari. Hi enim ita debent reduci, ut primo  
*Major*, quam habent *particularem*, & non habentem  
locum in prima Figura, cum *Minori*, quæ *universa-  
lis* h. l. est, debeat transponi, ac tum demum in lo-  
cum *Minoris* jam translata *Major*, unà cum ipsa  
*Conclusionem*, simpliciter converti.)

(Esto enim Syllogismus in *Modo DISAMIS*.

*Q.* Brutum est impurum.

*Q.* Brutum est animal. *E. M. mico 10A.*

*Q.* animal est impurum.

Hic ita reducitur ad *Modum DARII*.

*Q.* Brutum est animal.

*Q.* Impurum est brutum. *E.*

*Q.* Impurum est animal.)

(Esto item Syllogismus in *Modo BOCARDO*, quem  
alii *Dodæardo* vocant.

*Q. Bru.*

*Q.* Brutum non est impurum.

*O.* brutum est animal. E.

*Q.* animal non est impurum.

Hic ita reducitur ad Modum DARII.

*O.* Brutum est animal.

*Q.* non-impurum est brutum. E.

*Q.* non-impurum est animal.)

XXXIV. Valet etiam Reductio Prima (Figura) ad Secundam: (vel quoque ad Tertiam.) (Quae tamen reductio à Figura perfectissima ad imperfectiores parum habet utilitatis.)

*Qc.* sentit latitiam spiritualem, non curat afflictionem.

*Credens* sentit latitiam spiritualem. E.

*Credens* non curat afflictionem.

Sic enim MAJOR convertitur simpliciter.

*Qc.* curat afflictionem, non sentit latitiam spiritualem.

*Credens* sentit latitiam spiritualem. E.

*Credens* non curat afflictionem.

Etiam, si Syllogismus (sit) affirmativus.

*Qc.* deseritur à DEO, miser est.

*Securus* deseritur à DEO. E.

*Securus* miser est.

Aut enim MAJOR convertitur per Contrapositionem:

*Qc.* non est miser, non deseritur à DEO.

*Securus* deseritur à DEO. E.

*Securus* non est non miser.

Aut PRÆDICATUM MAJORIS assumitur negativum (affirmativo equipollens:)

*Qc.* deseritur à DEO, non est felix.

Sic

Sic conversus Syllogismus commodius procedet:

*Qc. est felix, non deseritur à DEO.*

*Securus deseritur à DEO. E.*

*Securus non est felix. (quod idem est ac miser.)*

(De *Reductione*, quæ dicitur *PER IMPOSSIBILE*, & aliis *Syllogismorum* à Dn. Autore omiffis *Speciebus*, h. e. de *Syllogismo MODALI, EXPOSITIONIBILI, OBLIQUO*, de *Syllogismo COPULATIVO & DISJUNCTIVO*, ut & de *INDUCTIONE, EXEMPLO & SORITE*, nec nou de *primario* omnis *Syllogismi* perfecti *Fundamento*, quod *dictum de omni*, & *dictum de nullo* vocant, dicentur nonnulla in *ADDENDIS*.)

### CAPUT III.

## DE TERMINO.

#### I.

**TERMINUS SIMPLEX**, (der *Einfache Begriff*) qui & h. l. in *strictiori sensu*, posset reddi ein *Einfaches Gränzwort* est vox, in quam resolvitur *Propositio*, seu qui in *Enunciatione* stare potest loco *Subjecti* vel *Prædicati*.

II. Præcipuum *Termini* requisitum est *certa Significatio* seu *NOTIO*, (eine gewisse *Bedeutung* oder *Bund-Gebung*) quæ (*generatim accepta*) designat vim omnis *Vocis* vel *Idee*, sub qua res quædam menti *determinate* vel *distincte* est nota, vel innotescit; (imo etiam usurpatur pro ipso *Termino* cuiusque

jusque *Vocis* vel *Idea*, ac) est vel PRIMA, vel SECUNDA.

\*III. NOTIO PRIMA est, cum terminus rem repræsentat, uti ab omnibus (in se) cognoscitur. (Sic)

*Hominem* (in se) vocamus *hominem*.

*Lapidem* (in se) vocamus *lapidem*.

\*IV. NOTIO SECUNDA est, cum terminus rem repræsentat, prout ab eruditis artificialiter cognoscitur. (Nam ab his)

*Homo* vel *Lapis* dicitur *subjectum, objectum, efficiens, finis, &c.*

V. Jam respectu *Enunciationis* terminus est vel CONVENIENS (*Ubereinkommend*) s. (qui aptus est, esse) Prædicatum, quod Subjecto (sub *conjunctionis signo*) additum, enunciationem faciat *affirmativam*: vel REPUGNANS (*Streitend*) s. (qui aptus est, esse) Prædicatum, quod, Subjecto (sub *disjunctionis signo*) additum, enunciationem faciat *negativam*.

\*VI. Uterque terminus vel est *Abstractus* vel *Concretus*. ABSTRACTUS (der gleichsam *Abgezogene*) *nudum* aliquod denotat *Adjunctum* separatim cogitatum, (vel *nudam* quandam alicujus *Essentia Formam* sine *omni Subjecto*, cui ea inest,) (die bloße *Wesenheit* oder *Wesens Art* an sich/ ohne das *Wesen*.) ut:

*Albedo, sapientia, magnitudo.*

CONCRETUS (der gleichsam *zusammen & gewachsene*) involvit conceptum *Subjecti & Adjuncti* (sive *Formæ*), conjunctim cogitatum, (die *Wesenheit*



heit oder Wesens-Art zu gleich mit dem Wesen.) ut:

*Albus, sapiens, magnus. (Hinc)*

Rosa est alba, (*significat idem, ac*) est Subjectum, quod habet albedinem.

Homo est sapiens, (*significat idem, ac*) est Subjectum, quod habet sapientiam.

Elephas est magnus, (*significat idem, ac*) est Subjectum, quod habet magnitudinem.

\*VII. CONVENIENS terminus prædicatur (vel) in QUID: cum responderi debet ad questionem, *QUID EST RES?* (Was ist die Sache?) h. e. quam habeat naturam s. essentiam.

*Quid est aurum? R. est metallum.*

(Vel) IN QUALE; cum responderi debet ad questionem, *QUALIS EST RES?* (Welcherley ist die Sache?) h. e. quæ habeat adjuncta extra ipsius naturam (s. essentiam) posita, (ab eaque diversa.)

*Quale est aurum? R. est rutilum, pretiosum, signatum, &c.*

VIII. Eadem fere distinctio est, cum terminus prædicari dicitur

IN CASU RECTO, quando prædicatum exprimitur (per nomen Substantivum, vel Pro-Substantivum,) in (Casu) Nominativo. (vid. Cap. IV. §. II. & III.)

*Rosa est flos.*

*Temperantia est virtus.*

IN CASU OBLIQUO, quando prædicatum exprimitur (quidem in Casu recto) per Nomen Adjectivum, vel per Verbum, (sed cum implicito respectu ad Casum Accusativum, vel alium obliquum Substantivi.)

C

Rosa

*Rosa est pulchra.*

*Temperantia commendat.*

Nam si (eorum loco) adhibeas Substantivum; exprimitur (id) per casum obliquum.

*Rosa habet pulchritudinem.*

*Temperantia habet commendationem.*

IX. Termini CONVENIENTES explicantur in Doctrinâ PRÆDICABILIAM.

X. Termini REPUGNANTES explicantur (in POST PRÆDICAMENTIS, s. Appendice Prædicamentorum, ut &) in Doctrina TOPICA, & speciatim in LOCO de OPPOSITIS.

XI. PRÆDICABILIA, (die Sag=Ordnung Gen/) sunt classes terminorum convenientium, qui (appliciti terminis sibi subjectis, quibus superiores sunt, aut quoque latiores, unde & pluribus communes s. universales appellantur,) locum prædicati (affirmativi) (apte) sustinere possunt in Enunciatione: (diverso convenientiæ gradu.)

XII. Dividuntur autem in quinque classes. Habetur enim SPECIES, GENUS, DIFFERENTIA, PROPRIUM, ACCIDENS.

XIII. SPECIES, (die besondere Wesens=Art) (die ein besonderes Wesen zu erkennen giebt/) est terminus, qui (plerumque) de multis (seu pluribus) individuis (immediate) prædicatur: (in Quæstione, Quid est?)

*HOMO dicitur de Carolo, Philippo, Jacobo.*

*CASTITAS dicitur de castitate Josephi, Scipionis, Lucretia.*

(Nam quæ de individuo non nisi uno prædicatur; dicitur

dicitur *Species Monadica*, s. *unitaria*, ut *Sol*, *Luna*, *Mundus*, &c. (De *Deo* autem, an possit *Species Monadica* vocari, disputatur: suntque, qui Eum rectius *Ens singulare* appellari posse judicent.)

XIV. Est autem **INDIVIDUUM**, (das *Untheilbare*) quod vel *nomine proprio*, vel *pronome demonstrativo*, vel *singulari aliquâ circumscriptione*, designatur: (atque *Subjectum* proinde *singulare*, ein *einzeles* ac *individuum ein Untheilbares* exhibet; quod per naturam suam saltem incommunicabilem non potest esse in pluribus, & continetur sub aliqua *Specie*.) (ideoque tantummodo aptum est subijci, sed non prædicari, nisi *idemice se de se ipso*.)

*Leopoldus.*

*Hic Princeps, qui 1658. Francofurti coronabatur.*

*Ferdinandi III. Filius, sub cuius imperio Turca Viennam frustra tentaverunt.*

\* NB. Quoniam individua demonstrari & numerari, (& qua *ratio* non nisi *solo numerali ordine* distinguuntur) possunt; dicuntur **NUMERO DIFFERRE**.

XV. **GENUS**, (die *gemeine Wesens-Art*) (die gleichsam ein *Geschlechter* derer *besondern* ist) est terminus, qui (semper) de multis (seu pluribus) *Speciebus* (*immediate* deque *individuis mediate*) prædicatur: (in *Quæstione*, *Quid est?*)

*ARBOR* dicitur de *ceraso*, *pruno*, *piro*, &c.

*METALLUM*, de *auro*, *argento*, *cupro*.

XVI. Idem terminus *diverso respectu* vocari potest **Genus & Species**.

*ANIMAL* dicitur de ave, pisce, quadrupede, &c. ergo *AVIS* hoc respectu est *SPECIES*. Sed *AVIS* dicitur de gallinâ, passere, lusciniâ, &c. quod respectu est *GENUS*.

Sic *Arbor* respectu *Planta* est *Species*; respectu *Cerasi* est *Genus*.

Inde habemus *Genus subalternum* & *Speciem subalternam*; (quæ diverso respectu & *Generis* & *Speciei* rationem obtinent:) quibus opponitur illinc *Genus summum*, quod (quâ tale) nunquam est *Species*; hinc *Species infima*, quæ (quâ talis) nunquam est *Genus*.

Vide (plura) exempla (in classibus) *Prædicamentorum*.

XVII. Cæterum *Genus* & *Species*, (ut & reliqua *Prædicabilia*;) dum tribuuntur *inferioribus* (s. libi *subjectis*) tanquam termini convenientes; significationem habent aut *æqualem*, aut *inequalem*.

XVIII. Quando *significatio* est *æqualis*: terminus superior, qui de inferioribus prædicatur, dicitur *UNIVOCUS*, (der *Einerley* und *Gleich*-benennende/) (wo ein gleicher Name mit gleicher Bedeutung und gleicher Zueignung / auch einerley und völlig-gleichen Dingen bezeuget wird/) s. *SYNONYMUS*, (der *Mits*benennende/) (der einerley und gleiche Dinge mit einerley und gleichen Namen benennet.)

(Ubi tamen *Synonymia Grammatica* non debet confundi cum *Synonymia Logica*: cum per illam res una pluribus designetur nominibus; per hanc autem unum nomen communicetur pluribus rebus; atten-

men n  
proflu

XI  
nus f  
nobil  
liore  
Gener  
Einc  
doch  
schic

X  
perin  
signifi  
vielo  
MU  
Cder

men non diversis quoad significatum nominis, sed prorsus iisdem.)

*ARBOR* dicitur de piro, de quercu, de abiete, &c.

*Sed ubique prorsus eandem (& aequalem) arboris significationem retinemus.*

*HOMO* dicitur de Petro, Jacobo, Salomone, &c. neque tamen alicui competit hominis predicatum in sensu (inequali scilicet) ignobiliori.

XIX. Quando significatio est inequalis, ut terminus superior alteri competat primario, seu in sensu nobiliore, alteri autem secundario, scilicet in sensu ignobiliore; dicitur ANALOGUS: (Der nach der Sache Geneinander = Haltung benennende) (Der zwar Einerley Dinge mit gleichem Namen/ aber doch mit ungleicher Zuweisung/ und nach verschiedenen Vorzug benennet.)

*ENUNCIATIO* est Genus. Affirmativa & Negativa sunt Species: sed nobiliori sensu dicitur de affirmativa.

*JURISDICTIO* est Genus. Potestas Principis & potestas inferioris Magistratus sunt Species: sed in sensu prorsus inequali. Nam nobilior (jurisdictio) est Principis potestas, quam Magistratum.

XX. Interdum terminus superior apparenter competit multis inferioribus; cum in omnibus diversa sit significatio: & is vocatur EQUIVOCUS, (Der vielerley gleichbenennende) scilicet HOMONYMUS, (Der vielerley zugleich = benennende) (Der vielerley und ganz verschiedene Dinge

in verschiedener Bedeutung / zugleich mit gleichem Nahmen benennet.)

*LEO* dicitur de quadrupede, de signo celesti, de certo Pontifice.

(In *UNIVOCIS* igitur est idem nomen; atque eadem quoque significatio; secundum equalem prorsus competentiam & attributionem.)

(In *ANALOGIS* est idem nomen: atque eadem quoque significatio; secundum inaequalem competentiam & attributionem.)

(In *AQUIVOCIS* autem est quidem idem nomen; attamen non eadem, sed prorsus diversa significatio: ita ut nomen uni tantum competat proprie, ceteris autem improprie; hisque aut nudo Casu, aut, si Consilio, propter nudam quandam in aliquo tertio similitudinem, fuerit impositum.)

(Quando autem Terminorum non tam Adnominatio & Significatio, quam Denominatio & Derivatio attenditur; qua fit, ut alter rationem habeat Denominati, alter Denominantis, alter Denominativi s. facientis denominari, e. g. quando *Deus* vocatur *Sandus* à *Sanditate*: emergit exinde Terminus *PARONYMUS*,) (Der bey Benennende / der seine Benennung entweder von einem andern empfahet / oder einem andern mit theilt.)

(Ubi tamen *Paronymia Grammatica* provide distingui debet à *Paronymia Logica*: cum per illam possit esse denominatum, quod per hanc est denominans.)

(Et quia sine accurata *Nominum* ratione Prædicamenta ipsarum *Rerum* nec constitui, neque cognosci aut

aut usurpari possunt: hinc illa, quæ de Terminorum vel *Homonymia*, vel *Synonymia*, vel *Paronymia*, atque *aliis annexis* in Logicis docentur, sub ANTEPRÆDICAMENTORUM titulo venire solent.)

**XXI. DIFFERENTIA.** (der wesentliche Unterschied) est terminus, qui adjectus Generi, certam constituit Speciem, ideoque explicat ipsam essentiam (Speciei:)( & prædicatur in Quæstione, *Quale Quid?*)

**DISCIPLINA INSTRUMENTA-**

*LIS* est Genus: si accedat differentia, informans intellectum ad modum sciendi, jam adest Species, **LOGICA.**

(Hic terminus differentialis, quatenus in Speciebus sub ratione *Generum* spectatis, distinguit Genus à Genere; dicitur *Differentia Generica*: quatenus autem in Speciebus, sub ratione *Specierum* spectatis, distinguit Speciem à Specie; dicitur *Differentia Specifica*.)

**MINISTER PRINCIPIS** est Genus:

Si adjicias differentiam, (habens) jus dirigendi statum & splendorem aulicum; emergit Species, **AULÆ MARE-SCHALLUS.**

Si adjicias differentiam, (habens) jus dirigendi Senatum bellicum; emergit Species, **CONSILII MILITARIS PRÆSES.**

**XXII. PROPRIUM,** (die wesentliche Eigenschaft) est terminus, quo designatur res extra essentiam posita, (i. e. quæ nec est ipsa essentia, nec ratio vel forma essentiam constituens,) sed tamen (ipsi es-

*sententialiter conjuncta, & hoc respectu) necessaria;*  
(quæ prædicatur in Quæstione, *Quale est? essentialiter.*)

Communiter habere dicitur **QUATUOR** Modos: è quibus tamen (ut præcipuos) non obier-  
vamus, nisi duos: (**SECUNDUM** scilicet & **QUARTUM**.)

Proprium **SECUNDI MODI** est, quod *omni,*  
(*& semper.*) sed non soli competit.

*Homo integer necessariò est bipes: sed hoc prædicatum quoque competit avibus.*

Proprium **QUARTI MODI** est, quod *omni,*  
(*& semper.*) & quoque soli competit.

*Sic solus homo (quod dicitur) habet vim admirandi, vim comparandi, vim ridendi.*  
(*Solus homo potest lacrymari.*)

(Ex adverso Proprium **PRIMI MODI** competit quidem soli, sed non omni, nec semper: ut homini, esse consulem.)

Et Proprium **TERTII MODI** competit quidem omni, & soli, sed non semper: ut homini, actu ipso lacrymari.)

**XXIII.** Nobiliora propria sunt, quæ demonstrari possunt per differentiam.

**VIRTUTIS** differentia est conformitas cum lege divinâ. *E.*

*est laudabilis, bonam parit conscientiam, sinceram producit amicitiam, &c.*

**LOGICÆ** differentia est modus sciendi. *E.*

*quærit perspicuitatem, quærit ordinem, repugnat falsitati.*

**XXIV.**



XXIV. ACCIDENS, (das Zufällige und  
Zusserwesentliche) est terminus, quò designan-  
tur ea, quæ abesse possunt, citra Subjecti interitum;  
(si non *Physicum* s. *realem*, saltem *Logicum* s. *conce-  
ptivalem*: & prædicatur in Quæstione, *Quale est?*  
*extraessentialiter*.)

*VIRTUS* dicitur de *divite*, de *docto*, de  
*nobili*: neque tamen desinit esse *dives*, *do-  
ctus*, *nobilis*, etsi *virtus* de ipso non præ-  
dicatur.

*LOGICA* exercetur à *Theologo*: neque ta-  
men desinit esse *Logica*, si tractetur à  
*7cto*.

\*XXV. Communiter (itaque) de Prædicabilibus  
ita judicant Logici.

*GENUS* & *SPECIES* prædicantur *IN QUID*,  
(auf die Frage/ Was ist es?) (& exprimunt  
ipsam rei *essentiam*.) (per Nomina Substantiva, vel  
Pro-substantiva.) *in casu recto*. (Et *GENUS* qui-  
dem exprimit *Essentiam pluribus rebus communem*;  
*SPECIES* autem *Essentiam uni rei propriam*.)

*DIFFERENTIA* prædicantur *IN QUALE*  
*QUID*, (auf die Frage/ Was vor welches ist  
es?) & exprimit *Essentiam* (vel potius *essentialem*  
*rei formam*.) per Nomina Adjectiva quidem *in*  
*casu recto*, sed per Substantiva non nisi *in casu*  
*obliquo*.

*PROPRIUM* & *ACCIDENS* prædicantur  
*IN QUALE*, (auf die Frage/ Welcherley ist  
es?) (& exprimunt omne id, quod nec est *ipsa*  
*essentia*, nec *forma essentia*, sed *rei tamen attribuitur*);  
(per Nomina Adjectiva quidem *in casu recto*, sed

per Substantiva itidem non nisi) *in casu obliquo.*  
 (Et PROPRIUM quidem exprimit attributa rei es-  
 sentialia; ACCIDENS autem attributa rei extra-  
 essentialia: sive referantur ad Genus, sive ad Spe-  
 ciem.)

(Exinde fit, ut Prædicatio Generis & Speciei non  
 nisi SYNONYMICA, Differentia, Proprii & Ac-  
 cidentis autem etiam PARONYMICA soleat vo-  
 cari.)

\*XXVI. Equidem sunt Prædicata, quæ referri ad  
 quinque has classes non possunt: ideoque relin-  
 quuntur vel *Rhetoribus*, vel *Theologis*.

\*XXVII. Rhetoribus relinquuntur (h. l. omnes  
*Prædicationes improprie ac Tropo aliquo laborantes:*  
 Quas inter etiam sunt referendæ.)

*CAUSALES: Sedulitas filiorum est letitia Pa-*  
*rentum:*

quasi dicas: *affert letitiam, est causa letitia.*

*CONCOMITATIvÆ: Mors antecessoris est*  
*promotio successoris.*

quasi dicas: *Mors habet hoc consequens, ut*  
*promoveatur successor.*

XXIIX. Theologi explicant *Prædicationes IN-*  
*USITATAS*, (h. e. *Mysteriosas*, & humanæ ratio-  
 ni, soli sibi relictae, absconditas.)

*DEUS est homo.*

*DEUS patitur.*

*Vinum est sanguis.*

Quas quoniam explicare non licet citra Sacrarum  
 literarum auctoritatem; (etiam) Logica (sibi soli re-  
 lista) suis regulis parum efficiet.

XXIX. Cæterum qui doctrinam Prædicabilium  
 solide

solidè velit tractare: *Generis & Speciei* notitiam (uberiorem) quærat in PRÆDICAMENTIS, s. in (ipsis quoque) SYSTEMATIBUS DISCIPLINARUM, (ad *Prædicamentorum rationem & ordinem*, sive *Generaliter* sive *Specialiter* constructis.) *Differentias* (autem) & reliqua cognoscât è *LOCIS TOPICIS*, (quorum *adjumento & indicio* ad ipsas quoque *Reales disciplinas* ex sunt translatae.) Et hæc est causa, cur duo nunc consequantur capita.

(Esset denique hujus loci, de *Terminorum AFFECTIONIBUS*, scil. de *SUPPOSITIONE & COMPARATIONE*, aliqua distinctus & explicatius proponere: sed de his, à Dn. Autore prætermissis, dicentur nonnulla in *ADDENDIS*.)

## CAPUT IV.

## DE PRÆDICAMENTIS.

## I.

PRÆDICAMENTA sunt *classes Rerum*, secundum *Genera & Species* dispositarum. (Unde non incommode videntur germanice vocari *Sachs Ordnungen*; atque ab *Antepredicamentis*, von den *Benennungs-Ordnungen* / item à *Prædicabilibus*, von den *Sag-Ordnungen* / nec non à *Locis Topicis*, von den *Betrachtungs-Ordnungen* / distingui posse.)

II. Commune vocabulum, quod omnibus rebus competit, est *ENS*: h. e. *Participium* à verbo *ESSE*; (quod tamen ut *Nomen Substantivum* plerumque usurpatur.

III. In-

III. Inde habet sensum vel PARTICIPIALEM, ut includat tempus præsens, ac id significet, quod jam existit.

*Rosa mense Junio florens, est Ens.*  
vel NOMINALEM, ut nullas temporis differentias, h. e. (nec) præsens, (nec) præteritum, (nec) futurum includat, solamque delignet essentiam.

*Rosa, cum mense Decembri nominatur, est Ens.*

Sic in verbis, AMANS aut est, qui jam in præfenti amat, aut idem valet in sensu nominali ac AMATOR, quodcumque is amet vel amaverit.

IV. Est autem hoc ENS vel SUBSTANTIA, (*Ein Selbstständiges*) quod *per se subsistit*: vel ACCIDENS, (*Ein Zufälliges oder Anhängiges*) quod *Substantia* tanquam subjecto *inheret*, ejusque veluti beneficio existit; (unde ejus *Esse est In-esse.*)

*Aurum est Substantia: fulgor, durities, frigus, pretium, imago impressa, sunt accidentia.*

*Vinum est Substantia: color, odor, sapor, vis confortandi, vis inebriandi, sunt Accidentia.*

Et quoniam hic conceptus superior est ipsis Generibus Prædicamentorum; à Philosophis vocatur TRANSCENDENS, (vel TRANSCENDENTALIS, *übersteigend der über alle Classen gehet*) und solche unter sich begreiffet.)

\*V. Cæterum tres habemus Entium classes: vel enim sunt *Naturalia*, vel *Moralia*, vel *Artificialia*.

VI. NA

\*VI. NATURALIA (Natürliche Dinge) propriam habent (per Naturam) existentiam, nec dependent à nostris cogitationibus (vel operationibus,) & potissimum tractantur in eâ disciplina, quam dicimus *Physicam*.

*Arbor: ejus fertilitas, foliorum viriditas, pomorum rubedo vel flavedo, &c.*

*Leo: ejus potentia rugiendi, sevitia, voracitas, lascivia.*

\*Etiam *Virtus* & *Eruditio*, quatenus perficiunt facultatem naturalem voluntatis vel intellectus. (Ait hæc in tali sensu non tam principiativæ, ut cætera allata, quam terminativæ, videntur huc referri posse.)

\*VII. MORALIA (Sittliche Dinge) s. *Civilia* (Bürgerliche) sunt, quæ propriè (per solam naturam) non existunt, sed dependent ab hominum opinione & consensu, (h. e. impositione & introductione.) & tractantur potissimum in *Politica* & *Juris prudentia*: (Non tamen exclusis cæteris, quæ à moribus & actionibus hominum dependent, ut *Virtutes Morales*, & aliàs in *Ethica* tractari solent.)

*Homo s. Persona habens dignitatem consulariæ, jus præsidendi in curia, coercendæ cives contumaces.*

*Paterfamilias, habens dominium sui prædii, servitutem in vicini fundo, jus colendæ agrum, &c.*

\*VIII. ARTIFICIALIA (Künstliche Dinge) sunt res in se (quidem) naturales, quæ tamen per industriam (s. operam) humanam ad aliam formam (Entium

(Entiumque novorum speciem) pervenerunt, (vel traductæ sunt.)

*Cerevisia, panis, culter, poculum, mensa, &c.*

\*IX. Qui multiplicare vellet Entium classes: ad-  
dicere posset *quartam*, rerum MYSTICARUM  
f. *Supernaturalium*. (der Geheimniß-vollen und  
übernatürlichen Dinge /) quæ (in quantum  
spectant ad Deum & Religionem, ) tractantur à  
Theologis: (*Trinitas Divina Essentia, Filii Dei in-  
carnatio, Sacramentum Baptismi & S. Cæna, &c.*)  
& *quintam*, rerum INTELLECTUALIUM  
(f. *Notionalium*, der Vernünftlichen/ oder zum  
Gebrauch der Vernunft/ und des Verstandes  
gehörigen Dinge /) quæ existunt (mentali) artifi-  
cio eruditorum: *Carmen, syllogismus, oratio, dispu-  
tatio, &c.*

(Sed cum variam hæc Entium distinctio difficulta-  
rem adhuc habeat: eam non licuit h. l. omnino  
expedire.)

\*X. Equidem in Prædicamentis proprie (vel pro-  
xime) tantum collocantur *Naturalia*: dummodo reli-  
quas classes (f. *Entium Genera*) eò reducere liceat per  
commodam Analogiam, (die Gegeneinander-  
haltung.)

XI. Prædicamenta communiter numerantur de-  
cem: SUBSTANTIA, QUANTITAS, QUALI-  
TAS, RELATIO, ACTIO, PASSIO, UBI,  
QUANDO, SITUS, HABITUS.

\*XII. Sed aliqua in his sunt PRIMARIA, quæ  
insignem adhuc in disciplinis utilitatem habent, (ut  
sex priora:) alia SECUNDARIA sunt, quæ mi-  
norem

norem probant commoditatem, (ut quatuor poste-  
riora.)

**XIII. SUBSTANTIA** (das Selbstständige) est, quod per se subsistit, & substat accidentibus: quasi dicas, est fundamentum, quod accidentia sustinet. Species ejus potiores sunt:

*SPIRITUS*, quo (præter Deum) referuntur  
*Angeli & Anima separata.*

*CORPUS*, ideoque omnia animata & in-  
animata (Corpora,) quæ suas species ulte-  
rius inveniunt in doctrinâ physicâ.

**XIV. QUANTITAS** (die Grösse) est Acci-  
dens, per quod Substantia dicitur (vel concipitur)  
*extensa*, (ausgedehnt / oder sich ausdehnend/  
vel quoque *intensa*, eingezogen / oder sich hineins-  
ziehend / ideoque secundum extensionem vel inten-  
sionem suam æstimabilis, h. e. numerabilis aut men-  
surabilis.)

\***EXTENSUM** est, quod habet partes *extra* par-  
tes: (Theile auffer Theilen.)

*Arbor crescens novam sibi adjicit partem, ut  
fiat (externe) longior, latior, crassior.*

Opponitur **INTENSO**, quod partes habet *intra*  
partes: (Theile in Theilen.)

*Aqua novam caloris partem recipiens, non  
(statim) fit (externe) amplior, (sed in-  
terne.)*

**XV. EXTENSIO** Quantitatis est (secundum  
*tres dimensiones*)

**IN LONGITUDINEM**, (in die Länge /  
quæ vocatur **LINEA**, (der Strich / oder die Li-  
nie: & nascitur ex accessione puncti simplicis ad  
punctum simplex.)

*Sic*

*Sic ductâ lineâ notamus, quàm alta sit arbor.*

**IN LATITUDINEM**, (in die Breite) quæ dicitur **SUPERFICIES**, (die Oberfläcbe: & nascitur ex accessione lineæ transversæ ad lineam transversam.)

*Sic observatâ planitie s. latitudine notamus, quantum sit spatium campi.*

**IN PROFUNDITATEM**, (in die Tiefe oder Höhe, s. Crassitiem, (die Dicke/)) quæ alias vocatur **CORPUS** mathematicum, (der Mathematische Körper: & nascitur ex accessione superficiæ parentis ad superficiem parentem.)

*Sic judicamus, quam crassa sit arboris stirps.*

**XVI.** Quantitas eo modo extensa vocatur **CONTINUA** (An-einander-hangend/) quoniam partes, (sine ulla interjecta distantia, & per communem ubique terminum, qui simul partis antecedentis cuiusque finis, & consequentis principium est,) cohærent: alia (vero) est **DISCRETA** (Geschieden/) cum Substantiæ (vel partes) realiter (vel quasi-realiter) divisæ numerantur. (Hinc & illa speciatim **MAGNITUDO**, Hac autem **MULTITUDO** solet appellari.

*Centum oves, centum equi, centum thaleri.*

**XVII.** Prædicamentum **QUALITATIS** præ cæteris est nobilissimum, si spectetur usus disciplinarum: (ut quæ ad *Qualitates rerum* præcipue attendunt.)

**XIIX.** Est autem **QUALITAS** (die Beschaffenheit oder Geschicklichkeit) Accidens, per quod Substantia formam (essentiali suæ Formæ)

exterior-



externam, (Substantiæ tamen ipsi interne quodam modo, sed magis minusve inhaerentem, ab eaque variam, per Nomina Adjectiva exprimi plerumque solitam, sed cum cæterorum tamen Prædicamentorum denominationibus adjectivis non confundendam,) denominationem accipit.

Sic *HOMINES* discriminis loco vocamus alium *sapientem, doctum, sedulum, alium stolidum; rusticum, ignavum, robustum, edacem, oculis lingua memoria valentem, formosum, rubicundum, pallidum, nigricantem, &c.*

XIX. Qualitas verò quatuor habet Species:

*POTENTIAM ACQUISITAM.*

*POTENTIAM INNATAM.*

*OBJECTA SENSUUM (PASSIVA.)*

*FORMAM & FIGURAM, (sensu speciali hic accipiendas.)*

XX. *POTENTIA ACQUISITA* (das erlangte Vermögen/) per crebras (scil.) actiones (proprias,) (vel quoque per alterius infusionem præternaturalem,) ideoque (promta, firma, ac) difficulter mobilis, alio nomine vocatur *HABITUS*, (ein völliges Haben einer erlangten Geschicklichkeit:) Estque is, si præcipuas species spectare libeat, (sive sit *infusus*, sive proprio labore *acquisitus*,) vel

*CORPORIS*: ubi membra corporis novam aliquam (s. præternaturalem,) inveniunt agilitatem:

*Potentia movendi brachium in fabro, potentia celeriter movendi pedes in saltatore, vel digitos in musico, &c. vel*

D

ANIMI,

ANIMI: & ille (quidem) vel INTELLE-  
CTUS; *Scientia, Prudentia, Ars*: vel  
VOLUNTATIS; *Virtus & Vitium,*  
(*morale.*)

XXI. Quando hæc potentia nondum est perfe-  
cta, sed demum (vel tantum) inchoata; vocatur  
DISPOSITIO, (eine bloße Anstellung oder  
Anschickung/) (quæ proinde nec prompta satis ad  
operandum est, nec firma.)

*Sic tirores habent dispositionem, s. qualem-  
cunque facultatem, in oratoriis, poetiis, dispu-  
ratoriis.*

XXII. POTENTIA INNATA (das ange-  
bohrne Vermögen/) s. Naturalis (oder das Ur-  
tünliche) est, quæ per ipsam naturam (absque in-  
terveniente studio) accedit: qualis est

*In ANIMO, (naturalis) potentia judicandi, eligen-  
di, memorandi.*

*In CORPORE, (naturalis) potentia videndi, au-  
diendi, generandi, &c.*

\*Per analogiam huc referuntur potentie mora-  
les: *jus ambulandi per alterius hortum; jus  
occupandi hereditatem; jus emptoris postulan-  
di mercem; jus venditoris postulandi pecu-  
niam: (quatenus & illæ suo modo vel sunt  
congenite, vel acquisita.)*

XXIII. (Utraque) Ea potentia est (vel)  
ACTIVA, (Wirksend/) secundum quam aliquid  
potest agere, (s. inferre, thun oder ge-  
ben/h. e. *afficere* vel *efficere*, etwas an eis-  
nem thun/ oder aus einem machen.)  
*Potentia calefaciendi in igne: potentia loquen-  
di in*

*di in homine: potentia imperandi in Principe. (vel)*

**PASSIVA**, (*Leidend* /) secundum quam aliquid potest pati, s. recipere, (*leiden oder nur annehmen* / h. e. *affici vel effici*, etwas an sich thun / oder aus sich machen lassen.) *Potentia sentiendi ignis calorem: potentia audiendi alterius sermonem: potentia s. obligatio recipiendi mandatum principis.*

**XXIV.** Quando hæc (naturalis) potentia nondum est perfecta; vocari solet **IMPOTENTIA**, h. e. debilis potentia. Ut *potentia ambulandi, apprehendendi, concoquendi in infantibus; potentia videndi in cæculis junioribus; potentia proerudendi folia in surculis arborum.*

**XXV. OBJECTA SENSUUM (PASSIVA non-substantialia, quæ quidem huc spectant,)** sunt (*Sensuum*) vel

**EXTERNORUM**, *Color & lumen, sonus, odor, sapor, calor, frigus, mollities, durities, &c.*  
vel

**INTERNORUM**, omnes *Affectus*, qui reperiuntur in appetitu sensitivo: *amor, ira, misericordia, &c.* (*pallor item & rubor affectuosus faciei, &c.*)

**XXVI.** Vocantur alias **PATIBILES QUALITATES**, (*leidsame Beschaffenheiten* / à quibus pati aliquid potest percipiens sensus, dum illis afficitur;) vel si, (dum actu paritur,) non ad eam magnæ sine durationis, **PASSIONES**, (*wirkliche Leidenschaft* / die bald entstehen / bald vergehen)

*Sic affectus subito venientes, subito deservescunt, in Oratoriis communiter vocantur παῖδες s. passiones.*

**XXVII. FORMA & FIGURA** (die Gestalt und Bildung) denotat (h. l.) certam structuram (vel dispositionem partium & finium s. extremorum) Quantitatis.

*Forma pyri, nucis, equi, bovis, passeris, & quicquid à pictoribus atro carbone vel plumbo delineari, vel à sculptoribus referri potest.*

*Pertinent huc figura mathematicorum: circulares, triangulares, cubica, &c.*

Communiter dicunt, *viventis* vocari Formam, non *viventis* Figuram. (Ait poterit forsitan ad dispositionem partium Totius quantitativi complexus referri *Forma*, & ad dispositionem extremorum s. finium *Figura*.)

**XXIX. E** tribus his Prædicamentis (jam facilius) intelliguntur reliqua.

**ACTIO** (das Thun) est exercitium potentiaæ activæ: eaque vel *TRANSIENS*, (quæ in alio extra agentem terminatur.) *Verberare* (alium,) *Loqui* (cum alio:) vel *IMMANENS* (quæ non in alio, sed in ipso agente terminatur.) (*Verberare* (se ipsum,) *Loqui* (cum se ipso.)

(Hinc ista Distinctio non debet confundi cum distinct. inter *Actionem EXTERNAM*, qualis est *enunciare*, atque *INTERNAM*, qualis est *cogitare*. Potest enim *Externa* immanens, & *Interna* transiens esse.)

**PASSIO** (das Leiden) est exercitium potentiaæ passivæ: *Excipere verbera, audire.* (Suntque

(Suntque ad eam omnes ipsius Actionis Distinctiones applicabiles.)

**XXIX. RELATIO** (die Beziehung) est (nudus isque mutuus plerumque) respectus duarum Substantiarum, (vel Terminorum quorumcunque,) quæ (vel qui) fundamentum hujus (relativæ) habitudinis inveniunt. (Hinc dantur Relationes :)

*In SUBSTANTIA.* Carolus & Johannes se mutuo respiciunt quoad eandem humanitatem.

*In QUANTITATE.* Ulna & Spannus ejusdem longitudinis se respiciunt quoad equalitatem.

*In QUALITATE.* Lac album & nix alba, Augustinus eruditus & Lutherus eruditus, se mutuo respiciunt quoad similitudinem.

*In ACTIONE & PASSIONE.* Sic Pater generans, & Filius generatus; Præceptor docens, auditor discens; emptor pecuniam offerens, venditor accipiens, se mutuo respiciunt.

At mutuo se respiciunt (omnia,) quæ (ita) se invicem exponunt, s. declarant, ut unò positò & cognitò ponatur & cognoscatur alterum. (Hinc inter Creaturas & Deum quæ Deum non est relatio mutua.)

**XXX.** Hujus autem generis RELATA (sich aufeinander beziehende Dinge) sunt (vel)

*ÆQUIPARANTIÆ,* (Gleichende/) quæ idem utrinque habent nomen: Vicinus, collega, commilito, frater, &c. (vel)

*DISQUIPARANTIÆ,* (Nicht-gleichende/) quæ diversis utrinque nominibus designantur: Pater-filius, Princeps-subditus, Emptor-venditor.

\*XXXI. Sunt etiam Relata, quæ dicuntur **TRANSCENDENTALIA** (*Übersteigende*) ac exprimi solent terminis (**GENERALISSIMIS**) in doctrinâ Topicâ usitatis.

*Causa respicit Effectum, Pars respicit Totum, Subiectum respicit Adjunctum. Vide Cap. seq.*  
 (Ast hæc non tam dicuntur *Relata secundum ESSE*, uti **PRÆDICAMENTALIA**, die *Classenfähige*, quæ referuntur tanquam ad nudum terminum; quam potius dicuntur *Relata secundum DICI*, quia non referuntur tanquam ad nudum terminum, sed alios simul includunt *respectus*, ut *Cause, Effectus, &c.*)

XXXII. Reliqua Prædicamenta non adeo magnam habent (in Logicis) necessitatem.

**UBI** (das *Wo* oder die *Orts-Befindlichkeit*) est denominatio Substantiæ (vel quod denominat Substantiam) à *Loco*: *Johannes est in templo, in foro.*

**QUANDO** (das *Wann* oder die *Zeit-Befindlichkeit*) est denominatio Substantiæ (vel quod denominat Substantiam) à *Tempore*: *Johannes est hodie, fuit heri.*

**SITUS** (die *Stellung*) est denominatio Substantiæ (vel quod denominat Substantiam,) quatenus partes illius ad partes loci, (*anteriores, posteriores, superiores, inferiores, dexteras, sinistras,*) vario modo se disponunt: e. g. *sedere, procumbere, jacere primum vel supinum, &c.*

**HABI:**

**HABITUS** (der *Habit* oder *Bekleidung*)  
est denominatio Substantiæ (vel quod de-  
nominat Substantiam,) quatenus externum  
regumentum (vel vestimentum) admittit,  
e. g. esse *togatum sagatum, &c.* (i. nimb  
aut *nube obductum, &c.*)

\*XXXIII. Hæc de *Prædicamentis*. Sed quoniam  
*Logica* (*Sæpius* illis) suis *Generibus & Speciebus* non-  
dum satisfacit omoibus *Disciplinis*; ad consumman-  
dam hanc doctrinam faciunt (ipsa) *Disciplinarum*  
(generalium & specialium) *Systemata*, quæ *Species*  
suas (vel *Genera & Species Rerum ad se pertinentium.*)  
elegantissimè disponunt: ut rectè dici queat: **QUOT  
SUNT DISCIPLINÆ, TOT SUNT PRÆ-  
DICAMENTA**, s. *Generum & Specierum* (ad eas  
spectantium) *classes*. Interim ne turbetur regularum  
cursus, sub finem hujus *Nuclei* subjicietur *MAN-  
TISSA*, quæ totam rem clarius exponat.

(Videlicet ad *Logicam* proprie non spectant *Res ipse*  
*in Prædicamentis collocande*; sed tantum, ut *Prædica-  
mentorum natura, ratio & usus* ostendantur.)

## CAPUT V.

## DE LOCIS TOPICIS.

## I.

**LOCI TOPICI** (die *Betrachtungs-Ords*  
*nungen* oder *Sächer*) considerantur, vel  
quoad *Cognitionem*, (ut eorum *Natura* perspiciatur;)   
vel quoad *Applicationem*, (ut *Usus* eorum ostenda-  
tur.)

D 4

II. Quoad

II. Quoad *Cognitionem* (nach der Erkenntniß ihrer Natur) considerati, sunt *Classes terminorum* (*Generalium* s. *maximo communium*, ac, si accuratæ *explicationis* & *dispositionis* artificium spectetur, quodammodo) *artificialium*, quibus eruditi *conceptus* suos (de re quacunq̃ue, *plenarios* potissimum ac *Systematicos*, die zu eines jedweden Dinges vollständiger Betrachtung gehören) vel *dirigunt*, vel *exprimunt*.

III. Quoad *Applicationem* (nach der Anwendung ihres Nutzens) considerati, sunt *Sedes argumentorum* (*omnium*,) quibus asertur ratio, cur *Prædicatum* aliquod *inse* vel *in esse* credatur *Subjecto*.

IV. *PRIOR* consideratio *hujus est loci*: *POSTERIOR* pertinet ad partem *practicam* (*Capitis sequentis*;) præsertim ad doctrinam de *Demonstratione*.

V. *NUMERUS LOCORUM TOPICORUM* hic est, quem è *Tabulâ nostræ Logicæ* (*majoris*) libet repetere.

*LOCI TOPICI* curant

*REI NOMEN*: in *Loco* *Notationis*.

*REM IPSAM*: cujus respectu *Loci* sunt

*INTERNI* s. *CONJUNCTI*.

*Definitionis* & *Descriptionis*.

*Generis* & *Speciei*.

*Totius* & *Partium*.

*Causarum*.

*Externarum*: *Efficientis* & *Finalis*.

*Internarum*: *Materialis* & *Formalis*.

*Effectorum*.

*Adjun-*



Adjunctorum & Circumstantiarum.  
**EXTERNI s. DISJUNCTI.**

Comparatorum.

Oppositorum.

Exemplorum & Testimoniorum.

NB. INTERNI s. CONJUNCTI LOCI  
 vocantur, quæ rem ipsam attingunt: LOCI  
 EXTERNI s. DISJUNCTI, quæ per  
 intellectum nostrum qualitercunque ad eandem  
 referuntur. (Nisi dicere malis, diversas plane esse  
 has distinctiones: & LOCOS EXTERNOS  
 esse, qui tantum spectent *exteriorem* cognitionis  
 apparatus, *Exemplorum* scil. ac *Testimoniorum*, qui  
 LOCI etiam *INARTIFICIALES* ideo vo-  
 cantur; LOCOS autem INTERNOS esse, qui  
 potius spectent *interiorem* cognitionis apparatus,  
 non modo ex *DISJUNCTIS*, quæ rem solum  
 respiciunt, *Comparatus* scil. & *Oppositis*, sed magis  
 ex *CONJUNCTIS*, quæ vel rem ipsam exhibent,  
 vel nexum saltem arctiorem cum ea habent, qualia  
 sunt *Notatio, Definitio, Genus, Species, Partes, Cause,*  
*Effectus, Adjuncta*; qui Loci proinde omnes *sub*  
*internis* comprehensi, *ARTIFICIALES*, s. ho-  
 mini docto magis convenientes, solent quoque  
 appellari.)

### LOCUS NOTATIONIS.

VI. (*NOTATIO* die *Bezeichnung*) (vel potius  
 consideratio illius,) versatur circa interpretationem  
 & allusionem Nominis. Ubi potissimum a captatur

**ETYMOLOGIA,** (die *Wahmens-Auslegung*)

s. *Vera Expositio Nominis*: sub quâ, juxta  
 cum propriissima **SIGNIFICATIONE**,  
 eaque vel *Radicali* vel *Usuali*, compre-  
 henditur quoque **ORIGINATIO** s.

D s

DERI-

DERIVATIO Nominis; (eaeque vel Grammatica, quando e g.) Politicus derivatur à Græco πολις, quasi dicitur hominem civitati s. Reipubl. consecratum, (vel Historica, quando e. g. disquiritur de antiquitate & auctore Nominis Politici.)

SYNONYMIA, (die Mit-Benahmung/) (eaeque vel tantum Grammatica,) quæ vocabula ejusdem significationis observat: Politicus alio nomine dicitur Vir civiliter prudens, Statista, &c. (vel quoque Logica, quæ res observat, ejusdem & nominis & designatæ per vim nominis essentia participes: Politicus est Lipsius, Grotius, Arnisæus, Bæclerus, Conringius, &c.)

HOMONYMIA, (die Gleich-Benahmung/) quæ (in diversis rebus eodem nomine insignitis) diversam vocabuli significationem observat: Politicus, (proprie designans hominem Republicæ peritum & studiosum,) aliquando denotat hominem in vestibus & moribus elegantia studiosum, (vel Artibus Machiavellisticis deditum, &c.)

VII. LOCUS DEFINITIONIS & DESCRIPTIONIS reservatur ad Partem practicam, (Capit. sequ.)

VIII. LOCUS GENERIS & SPECIEI jam explicatur, (s. explicatus fuit) in Prædicabilibus.

LOCUS TOTIUS & PARTIUM.

IX. TOTUM (das Gantze) est, cujus nulla Pars deest. Totus homo.

PARS

**PARS** (der Theil) est, quod ad constitutionem (ipsius substantiæ vel quasi-substantiæ) Totius aliquid contribuit. *Manus hominis.*

I. Totum est

**ESSENTIALE** (das Wesentliche) quod habet partes, (ipsam essentiam vel in re, vel in conceptu constituentes,) quas vocare solemus essentielles, (scil.) Materiam & Formam, it. Genus & Differentiam.

*Homo totus habet corpus & animam.*

*Mensa tota habet lignum & formam s. dispositionem.*

*Rex totus est persona habens majestatem.*

**INTEGRALE** (das Vollständige) quod omnia habet, quæ ad externam (s. extralien-tialem) perfectionem & commoditatem ordinata sunt.

*Homo totus est, cui non deest pes, manus, nasus, auris.*

2. Partes Totius (s. essentialis, s.) integralis, sunt

*Homogeneæ, s. sibi similes: in dolio vini gutta.*

*Heterogeneæ, s. sibi dissimiles: in homine cutis, caro, cartilago, muscoli, ossa.*

(Totum quoque **UNIVERSALE** vocatur, cuius partes sunt *plura Inferiora*, h. e. *Species* vel *Individua*, ut *Animal*: **POTESTATIVUM**, cuius partes sunt *plures Potentia*, ut *Anima*; atque **PERFECTIONALE**, cuius partes sunt *plures Perfectiones*, ut *Deus*.)

LOCUS

## LOCUS CAUSÆ EFFICIENTIS.

X. **Causa EFFICIENS** (die wirkende Ursach) est (illa quæ agit, vel) unde venit actio. (Hinc ejus Character: *AQUA aliquid est.*)

Dum ad causas progredimur: varias afferemus distinctiones, tum in doctrina morali, tum in oratoria maximè commodas. Interim id patebit, esse distinctiones sibi multum affines, quæ tamen vel utilitatis vel consuetudinis causa h. l. proferuntur separatim.

Est autem hæc CAUSA

1. **NECESSARIA**, (die Nothwendige /) quæ, positis omnibus ad agendum requisitis, non potest non agere: *Ignis stramini suppositus necessario comburit.*

**LIBERA**, (die Willkührliche /) quæ, positis omnibus ad agendum requisitis, potest non agere, seu actionem intermittere.

*Homo positis omnibus ad proficiscendum requisitis, habet Libertatem Contradictionis s. Exercitii, potest proficisci & non proficisci: habet Libertatem Contrarietatis s. Specificationis, potest proficisci curru, equo, pedibus, &c.*

2. **PRINCIPALIS**, (die Hauptsächliche /) quæ agit virtute propria, (s. independente.) *Scribarius mensam conscians: Equus equo proficiscens: Princeps legem constituens.*

**INSTRUMENTALIS**, (die Werkzeuge-liche /) quæ dirigitur virtute alienâ (s. dependente:) cæque vel absolute (s. prorsus tali,)

tali,) *ut ferra scriniarii*, vel (secundum quid tali,) (ut independente etiam virtute quodammodo) cooperetur, *ut equus in itinere, magistratus (inferior) in executione legum.*

(Hinc) alio nomine vocatur SUBORDINATA f. DEPENDENS: & quando instrumentum est agens rationale, commodius dicitur causa MINISTERIALIS. (die Dienstaebre.)

3. Principali quoque opponitur causa *IMPULSIVA*, (die *Antreibende*;) quæ non attingit effectum, sed vel agentem *MOVET*, vel *OCCASIONEM* agendi præbet.

*Paterfamilias dans eleemosynam. est causa principalis: Amicus intercedens, causa impulsiva; accessus clientis, est occasio. Sic morbi causa (principalis) est malus humor: movens, crudus cibus: occasio, prava tempestas.*

*Sic Belli causa (principalis) est Princeps, vel ambitiosus vel à vicino timens: impulsiva vicinus injuriam inferens: occasio paratus exercitus, vel alterius securitas.*

4. *PRODUCTIVA*, (die *Zerfürbringende*;) quæ effectum sistit (vel producit.) *Politicum, instituens Rempublicam.*

*CONSERVATIVA*, (die *Erhaltende*;) quæ effectum reddit constantiorem vel meliorem; (quo nomine & *PERFECTIVA* solet appellari. Eique opponitur *DESTRUCTIVA*, die *Verderbende*.) *Politicum, Remp. conservans, defendens, amplificans.*

5. *PRO:*

5. PROXIMA, (die Nächste/) (inter quam & effectum nulla alia efficiens causa intercedit.)  
*Preceptor [vel etiam ejus eruditio & sedulitas] informans discipulum.*

REMOTA, (die Entfernte/) (inter quam & effectum alia efficiens causa adhuc intercedit.)  
*Parens, qui preceptorem constituit.*

6. TOTALIS, (die Ganzwirkende/) s. Solitaria, (die Alleinige/ cui soli totus potest tribui effectus.) *Equus, qui currum trahit solus.*

PARTIALIS, (die zum Theilwirkende/) s. Socia, (die Gesellschaftliche/ cui non soli totus potest tribui effectus.) *Duo equi junctim trahentes.*

7. PHYSICA, (die Natürliche/) quæ actione sua attingit effectum. *Fodiens agrum, scribens literas, alterum verberans.*

MORALIS, (die Sittliche/) quæ aliquid (ita) agit, ut ipsi queat (tantummodo) imputari effectus. *Qui iussit, qui rogavit, qui ostenso lucro permovit, qui occasionem præbuit, qui coëgit alterum ut faceret. Convenit (eatenus) omnino cum causâ Impulsivâ.*

(*Physica virtute naturali producit effectum: Moralis tantummodo morali s. rationali virtute producendum promovet.*)

8. PER SE, (die An sichwirkende/) quæ habet actionem & intentionem. *Latro occidens hominem.*

PER ACCIDENS, (die Zufälligwirkende/) quæ vel habet actionem sine intentione:  
*Lignator*

*Lignator feriens hominem à tergo: vel habet intentionem sine actione: aperiens valvas, ut illuminetur conclave.*

Quando nec adest actio, nec intentio, (& potest tamen Effectus sine aliquo non esse,) vocari (illud) non potest Causa, quod imperiti faciunt, sed **CONDITIO SINE QUA NON**. *Nisi pater filium misisset in scholam, in via non potuisset labi.*

9. Ad causam per accidens aliquando refertur causa **DEFICIENS**, (die **Blos = Ermangelnde** oder **Ermanglungs-Ursach**/ quæ non efficiendo, sed deficiendo ad effectum concurrir.) *Quod parens filio non misit pecuniam, causa est vite modestioris. Quod vigil non observavit civitatem, causa est incendii latius sparsi. Quod paterfamilias non clausit fores, est causa furti.*

### LOCUS CAUSÆ MATERIALIS.

**XI. MATERIA** (die **Materie**/ pro suo, quem habet, caractere,) est vel **EX QUA** (aus welcher:) vel **IN QUA** (in welcher:) vel **CIRCA QUAM** (umb welche/ oder mit welcher.)

**XII. Materia EX QUA** (aus welcher/) (quæ propriissime dicitur Materia,) maxime deprehenditur in naturalibus & artificialibus; (scil. in ipsa horum substantia; unde & **SUBSTANTIVA** posset appellari.) *Ex sulphure & argento vivo fit aurum, ex auro fit poculum. Est vero (illa:)*

1. **PERMANENS**, (die **Verbleibende**/ quæ absque sui mutatione constituit effectum:) *Ex linteamento fit indussum (lintheum.)*  
**TRANSIENS**, (die **Vergehende**/ quæ cum sui

fui mutatione constituit effectum:) *Ex linamento fit charta.*

1. *PROXIMA*. (die Nächste/ quæ nulla intercedente alia materia constituit effectum:)

*Lateres respectu muri.*

2. *REMOTA*, (die Entfernte/ quæ intercedente alia materia constituit effectum:) *Lutum, unde sunt lateres, respectu muri.*

XIII. Materia *IN QUA* in welcher/ est illa, quâ recipitur aliquid: (indeque) alio nomine vocatur *SUBJECTUM*, (der Unterwurff/) quippe quod in se recipit aliquod *ADJUNCTUM*, s. Prædicatum: (potestque proinde & *SUBJECTIVA* Materia vocari.)

Ast Subjectum est (vel præbet)

1. *ACCIDENTI* Substantia, cui inhaeret.

*Eruditionis Subjectum est homo, Coloris paries, Majestatis Princeps.*

*SUBSTANTIÆ* Locus, ubi reperitur.

*Equi subjectum est stabulum, Studiosi museum.*

2. *COMMUNE*, s. torum illud, in quo aliquid existit, (unâ cum aliis.)

*PROPRIUM*, s. ipsa pars, in quâ illud existit, (exclusis aliis.)

*Eruditio (intellectualis) existit in homine, sed proprie in intellectu.*

*Studiosus est Lipsia, sed proprie in (suo) museo.*

XIV. Materia *CIRCA QUAM* (umb welcher/ oder mit welcher/ est illa, circa quam) aliquid versatur, (&) alio nomine dicitur *OBJECTUM* (der Gegenwurff/ potestque proinde & *OBJECTIVA* Materia vocari.)

*Corium*



*Corium est Objectum s. materia sutoris.*

*Respublica est Objectum s. materia Politici.*

(Est porro Objectum)

1. **MATERIALE**, (das Materialische/) s. ipsa Res tractanda.)

**FORMALE**, (das Formalische/) (s. Modus tractandi: sicque) id ipsum, cuius respectu potissimum res tractatur.

*Corium est Objectum materiale sutoris, sartoris, ephippiarii, &c.*

*Sed aptitudo (s. respectus) corii ad recipiendum formam calcei, (thoracis, ephippii,) est Objectum formale sutoris, (sartoris, ephippiarii, &c.)*

*Sic Intellectus est Objectum materiale Logici: sed aptitudo (s. respectus illius) ad recipiendum modum sciendi, est Objectum formale.*

2. **ADÆQUATUM** s. totale, (das völlige und gänzliche/) (quod totam occupat agentis actionem.) *Intellectus informandus in universâ eloquentia, est Objectum (adæquatum) Oratoria (totius.)*

**INADÆQUATUM** s. parziale, (das nichte völlige und nicht gänzliche/) (quod non totam occupat agentis actionem.) *Intellectus informandus ad Chriam, (est Objectum illius inadæquatum.)*

In negotiis humanis Objectum sapè habemus

3. **REALE**, (das Sächliche/) (quando quis versatur circa Rem.)

**PERSONALE**, (das Persönliche/) (quando quis versatur circa Personam.)

E

Sic

*Sic Liberalitatis objectum reale est pecunia personale homo pecuniam accipiens.*

## LOCUS CAUSÆ FORMALIS.

XV. FORMA (die Form) est id, quod rem (qua talem) constituit, & ab aliis rebus distinguit. Quasi dicas, est id, unde nobilior venit differentia. (Hinc quoque ejus character, *PER QUAM* aliquid est.) *Sed est tamen*

1. ESSENTIALIS, (die Wesentliche/) quæ rem ipsam (essentialiter) constituit.

ACCIDENTALIS, (die Zufällige/) quæ rem extrinsecus (s. extraessentialiter) afficit, alioque nomine vocatur *AD RUNCTUM*.

*Forma poculi Essentialis est labrum, quod recipere solet potum: sed forma Accidentalise est ornatus & artificium labri, (quod est) aut instar rosa, aut pyri, aut uva dispositum.*

*Forma Principis absoluti (Essentialis) est Majestas s. jus imperandi: forma Accidentalise est (omne eam externus modificans, ut) coronatio, acclamatio, felicitas, &c.*

2. Correlatum causæ Formalis sæpe est Causa NORMALIS s. Exemplaris. *Virtutis norma est lex divina: pictoris norma est facies hominis: sartoris norma est hominis corpus.* Inde etiam, quando agnes versatur circa talem normam, non incommode vocatur *OBJECTUM NORMALE*.

LOCUS

## LOCUS CAUSÆ FINALIS.

XVI. FINIS (der Endzweck) est, (ut proprius ipsius fert Character,) PROPTER QUEM aliquid est, s. qui agentem (ita) impellit, (ut ab agente intendatur, s. scopus constitutur actionis.)

1. ULTIMUS, (der Aeufferste/) quo impetrato cessat actio. *Epistola scripta, cessat actio (epistolam scripturi.)*

INTERMEDIUS, (der Mittlere/) qui respicit ulteriorem actionem. *Penna temperata, vel charta composita, qua concipi debet epistola, nondum quiescimus.*

(Nisi dicere malis: Finem ULTIMUM esse, qui nullum habet ante se priorem, & in quo agentis intentio acquiescit: INTERMEDIUM autem, qui alium habet ante se priorem & in quo agentis intentio non acquiescit. Potest enim in aliquo fine actio cessare, in quo tamen intentio non semper cessare uti patet in exemplo de *Epistola scripta.*)

2. PRIMARIUS s. nobilior, (der vornehmliche/ oder der Hauptzweck/) qui per se movet agentem

SECUNDARIUS s. ignobilior, (der Mittelmliche/ oder der Neben-zweck/) qui occasione primarii movet agentem.

*Paterna societatis Finis primarius est educatio sobolis, secundarius adiutorium domesticum.*

*Creationis Finis primarius est gloria Dei, secundarius felicitas creaturarum.*

3. INTERNUS (der Innerliche/) est ipse effectus, (actioni intrinsicus,) qui semper pro-

inde) est in potestate agentis (quâ talis) *Architectus in potestate habet edificii structuram.*

**EXTERNUS** (der Aeußerliche/) est effectus actioni extrinsecus, s. usus effectum (priorem) consequens, qui (proinde) non (semper) est in potestate agentis (quâ talis.) *Architectus efficere non potest, ut (domum) aliquis inhabitet, vel ejus commoditatem depradictet.*

(Hinc *Finis internus* obtinetur in ipsâ actione; *Finis externus* autem extra actionem obtinetur.)

**4. ACTIONIS,** (der Endzweck des Thuns.)

*Eruditio, respectu studiorum.*

**AGENTIS,** (der Endzweck des Thuerdens.)

*Promotio & gloria, respectu studiosi.*

**IMPELLENTIS,** (der Endzweck des Anstreibenden.) *Latitudo, respectu Parentis.*

*Sic Architectus agit, ut fiat edificium, ut ipse nanciscatur mercedem vel gloriam, ut inhabitet Patrifamilias.*

**NB. CAUSA IMPULSIVA** sic distinguitur à FINE.

*Illis verè operatur, dum agentem impellit: hic non agit, sed metaphoricè impellit, placendo. Inde efficiens, dum in fine concupiscit bonum sibi conveniens, velut semetipsam impellit. (Vel possunt quoque ira distingui: Causa impulsiva impellit quidem, sed non intenditur; Finis autem intenditur magis, quam impellit.)*

**5. Finis CUI,** (der Endzweck dem/) est Subjectum, cui aliquid introducitur (sive agendo destinatur vel acquiritur.) *Preceptor est propter discipulum.*

**Finis CUIJUS,** (der Endzweck dessen/) est Adjunctum, cujus introducendi gratiâ laboratur

ratur; (sive est Res, quæ agendo (alicui) destinatur vel acquiritur.) *Præceptor est propter eruditionem discipuli.*

Finis CUI, est, ut aliò respectu loquatur, Objectum materiale; CUJUS, objectum formale.

6. EFFICIENDUS, (der erst zuverschaffens de Endzweck/) est, qui non (vel nondum paratus) adest ante (intendentis) actionem. *Carmen respectu Poetae, domus respectu adificantis.*

OBTINENDUS, (der blos zu erlangende Endzweck/) est, qui jam (paratus) adest ante (intendentis) actionem. *Carmen respectu Lectoris, domus respectu emptoris.*

Est etiam aliquis Finis, qui (non tamen *positivus* quam *remotivus*) consistit, ut ita loquar, in REMOTIONE, e. g. Medicus versatur circa malos humores, ut corrigat & removeat.

### LOCUS EFFECTORUM.

XVII. Diverso respectu eadem res dici potest FINIS, OBJECTUM, EFFECTUS. Quoad INTENTIONEM, dicitur Finis: quoad TRACTIONEM (vel ACTIONEM ipsam,) Objectum: quoad EXECUTIONEM, Effectus. *Inde unius Loci distinctiones facile applicantur ad alterum.*

EFFECTUS (die Wirkung) autem, seu OPUS EFFICIENTIS (das Werck des Thunders) est

1. UNIVOCUS, (die einerley Benennung fähige) qui est ejusdem (nominis & ejusdem) naturæ cum efficiente. *Filius (homo) est effectus*

E 3

etus

*Etus (hominis) Patris: discipulis (evadens Magister), Philosophus est effectus (praeceptoris) Magistri philosophi.*

**EQUIVOCUS**, (die verschiedener Benennung fähige/) qui (est diverti nominis &) diversae naturae. *Animal generatur à Sole: Nobilis creatur ab imperatore.*

2. Qui **INTENDITUR**, (die gesuchte Wirkung/) (est ille, quem intendit agens,) ac convenit cum fine. *Effectus symposit, est levatio sitis, & mutua sodalium hilaritas.*

Qui **CONSEQUITUR**, (die erfolgte Wirkung/) (est ille, qui provenit) ex ipso quidem hoc antecedente, sed praeter intentionem agentis. *Effectus symposit, sunt ebrietas, lites, concertationes, crapula, contemptus, multa, &c.*

*Sic Princeps alienum occupaturus territorum ((sed) praeter intentionem amittens suum, consiliorum effectum dicit hanc jacturam.*

Alio nomine dices Effectum **PER SE & PER ACCIDENS**, (die entweder durch eigentliche Art und Absicht ihres Urhebers / oder durch bloßen Zufall entstehende Wirkung.)

3. **PERMANENS**, (die verbleibende Wirkung/) qui cessante actione durat. *Architecto cessante, quin & mortuo, manet domus.*

**TRANSIENS**, (die vergehende Wirkung/) qui cessante actione perit. *Saltatore quiescente, totus ejusdem cessat effectus.*

LOCUS

LOCUS ADJUNCTORUM  
& CIRCUMSTANTIARUM.

XVIII. *ADJUNCTA* (die Beyfügungen oder Beyfügnisse) sunt externa accidentia (Essentia & Formæ Essentialis) RERUM, quæ in prædicabilibus dicuntur *Propria* vel *Accidentia*.

*Absinthii adjuncta sunt albicans viriditas, amaritudo, vis confortandi ventriculum; item proceritas, locus extra vel intra hortum, &c.*

(Sunt autem Adjuncta)

(vel) *PERSONARUM*, quæ sunt

*Animi. Virtus, solertia, eruditio.*

*Corporis. Robur, pulchritudo, sanitas.*

*Fortunæ. Nobilitas, divitiæ, honor, amicitia, &c.*

(vel) *ACTIONUM*, quæ explicantur per *CIRCUMSTANTIAS*, (durch Umstände:)

*HISTORICAS*, h. e. per *Antecedentia, Concomitantia & Consequentia*.

*RHETORICAS*, h. e. per argumenta *ad honesto & turpi, ab utili & damnofo, à jucundo & molesto, à necessario & supervacaneo, &c.*

*MORALES*, quæ continentur in versiculo:

*Quis? Quid? Ubi? Quibus auxiliis? Cur?*

*Quomodo? Quando?*

(Nota: *QUIS?* significat *Subjectum agens. QUID?* Actionem ipsam cum *Objecto suo materiali, & ipso quandoque Effectu, spectatam. UBI?* Actionis *Locum. QUIBUS AUXILIIS?* Actionis *Adjumenta quævis, qualia sunt Facultates, Instrumenta, Ministerii, Promotores, &c. CUR?* Actiones *Finem, cum*

causa *Impellente*. QUOMODO? *Actionis Formam, Modum & Attributiona*. QUANDO? *Actionis Tempus*.)

## LOCUS COMPARATORUM.

XIX. Maximè (hic Locus) conducit Oratoribus. Sunt autem COMPARATA (verglichene oder gegenseinander gehaltene Dinge) duo (vel plura) Subiecta diversa, quæ (inter se conferuntur, prout) conveniunt (vel non conveniunt) in uno Prædicato, (sive *essentia*, sive *extra-essentia*.) (Suntque)

1. PROXIMA, (nah=verglichene /) seu (aperte) similia: (quorum convenientia, claris verbis expressa, statim deprehenditur.) *Quod (in studiis ac celebritate) Lipsie fuit Camerarius, id Witteberge fuit Melanchthon.*

REMOTA, (fern=verglichene /) seu (recte) similia, quæ proinde vocantur) allegorica, (h. e. aliud proferentia, aliud intendentia: quorum convenientia, claris verbis non expressa, sed sub involucro alterius significata, non statim deprehenditur.) *Quando expresse loquitur Scriptura de Petra fundamento edificii, & tacite intelligitur Christus fundamentum nostræ Fidei.*

2. POSITIVA, (bejahende /) (in quibus convenientia ponitur, seu affirmatur.) *Ut se habet pastor ad gregem: sic se habet Rex ad Populum.*

NEGATIVA, (verneinende /) (in quibus convenientia tollitur, seu negatur.) *Non*



ut se habet Mercenarius ad regem, sic se habet Rex ad populum.

(Nota: Distinguitur quoque Comparatio in IMPLICITAM (die verschwiegene/) quando convenientia vel disconvenientia indicatur tantum generatim; ut in exemplis ultima loco adductis: & EXPLICITAM (die ausgedruckte/) quando ea non tantum indicatur generatim, sed spociatim quoque ostenditur, in quibus terminis consistat; ut in Exemplis primo loco adductis. Item: quando Pastor & Rex comparantur respectu vel potestatis, vel moderaminis, vel fidelitatis, &c. Sic quoque distinguitur comparatio in SIMPLICEM, (die einfache/) quæ fit tantum in terminis tribus; quando e. g. Petrus & Paulus comparantur in Apostolatu simpliciter; & COMPOSITAM, (die vielfache/) quæ fit in terminis quatuor vel pluribus; quando e. g. Petrus dicitur Hebræorum, & Paulus Gentium Apostolus.)

Nota. (Quæ igitur admittunt Comparationem Positivam, dicuntur PARIA; quæ Negativam, IMPARIA; quæ Diversam, DISPARIA.)

(Porro, quæ habent paritatem Essentie, five quoad Esse suppositale & personale, five quoad Esse reale, dicuntur EADEM; quæ paritatem Quantitatis, dicuntur ÆQUALIA; quæ paritatem Qualitatis aut caterorum Accidentium, dicuntur SIMILIA.)

### LOCUS OPPOSITORUM.

XX. OPPOSITA (Entgegen gesetzte Dinge) sunt, quæ, (ut essentialiter diversa, & non eadem,) in uno Subjecto (vel secundum eandem Sub-

jecti partem, vel secundum eundem respectum, vel eodem tempore,) stare non possunt; (ideoque nec de se ipsis, nec de eodem Subjecto essentialiter affirmari.) Eaque vel accipiuntur late, ut includant ea, quæ (quidem essentialiter diversa sunt, attamen) secum (specialiter) non pugnant, (possuntque proinde saltem accidentaliter & in concreto non nunquam de prorsus eodem simul affirmari,) ut **DISPARATA**, (bloß = wesentlich = verschiedene Dinge/) *Homo Lapis*, (*Dives Doctus*;) vel *strictè*, pro iis, quæ (non tantum essentialiter diversa sunt, sed quoque specialiter) secum pugnant, (possuntque ne accidentaliter quidem & in concreto de prorsus eodem simul affirmari; ut sunt **PUGNANTIA**, auch *wesentlich streitende Dinge*/ idque quatuor modis:)

**CONTRARIE**, (durch *Wiedersetzung*/) quæ mutuo se expellunt: *calor frigus, virtus vitium, dulcedo amaritudo, &c.*

**PRIVATIVE**, (durch *Beräubung*/) quando sibi met opponitur potentia, quæ debet adesse, cum ejus absentia:

*Homo debet habere visum & auditum; ergo absentia harum potentiarum, cecitas vel surditas, opponuntur (illis) privativè.*

*Rusticus non debet intelligere leges; ergo hujus cognitionis absentia ei opponitur (tantum) negativè s. disparatè: at promotus Doctor scire (eas) debet; inde (illarum) ignorantia ipsi opponitur privativè.*

**RELATIVE**, (durch *Beziehung*/) quæ se mutuo inferunt, sed tamen junctim (modis supra dictis,) in uno subjecto stare non possunt.

possunt: *Pater-Filius, Maritus-Uxor, Dominus-Servus.*

**CONTRADICTORIE**, (durch Widersprechung/) quæ termino ab altera parte præfigunt particulam **NON**: *Homo non-Homo.*

*Nota.* (Dicuntur opposita quædam **SPECIALITER PUGNARE**, quæ ita pugnant, ut non æque aut magis pugnent cum ullo alio, quam inter sese. e.g. *Lux & Caligo*. Nam nihil æque vel magis pugnat cum *Luce* aut *Caligine*, quam illa pugnant inter sese. Et talia sunt, quæ dictis quatuor modis sunt opposita.)

(Opponuntur autem **CONTRARIE** duo Entia *positiva pugnantium formarum vel qualitatum*, quæ in gradu excellenti non possunt simul stare in eodem Subiecto: **PRIVATIVE** *Ens positivum & ejus privatio*: **RELATIVE** *Ens positivum & ejus correlatum speciale*, maxime illud, quod dicitur *Disqu岸parantiæ*: **CONTRADICTORIE** *Ens positivum & ejus negatio*.)

(Aliqua etiam videntur opposita **Contrarie**, quæ rectius ad **privative** opposita referuntur, ut *Calor & Frigus, Lux & Caligo, Lumen & Ubra, Virtus & Vitium*; nisi in plane diversis extiterint Subiectis.)

(Quæ autem possunt *essentialiter* de aliquo predicari, ut *Species* de Individuo, *Genus, Differentia & Proprium* de Specie: ea non possunt vocari **Opposita** eorum, de quibus predicantur;

*cantur; ideoque in rigore nec Disparata, & multo minus Pugnancia censeriqueunt.)*

### LOCUS EXEMPLORUM & TESTIMONIORUM.

XXI. Locus (hic uterque,) (derer Exempel und Zeugnisse/) quoniam ab *Experientia* potius dependet, quam à *Judicio*, utrinque dicitur *INARTIFICIALIS*: & aliqua proferuntur:

Cum auctoritate, (als einer Nachahmung oder Annehmung fähig.) *Christus orat.*

Sine auctoritate, (als keiner Nachahmung oder Annehmung fähig.) *Machiavellus simulat.*

### CAPUT VI.

## DE APPLICATIONE Instrumentorum Logicorum.

### I.

**L**ogica nos informat ad modum sciendi. Sed **L**perfectum hunc modum assecutus est (ille demum,) quid didicit:

1. **REM COGNOSCERE**, (Ein Ding wohl zu erkennen.)
2. **COGNITIONEM ALIIS COMMUNICARE**. (Das erkannte andern wohl vor zu tragen.)
3. **ALIORUM COGNITIONEM INTERPRETARI**. (Das von andern erkannte und vorz

vorgetragene wohl zu verstehen und aus zu legen.)

4. ADVERSARIORUM OPINIONES EXAMINARE. (Der Widersprecher Meinungen wohl zu prüfen.)

II. Inde quatuor veniunt consideranda : COGNITIO, (die Erkenntniß/) METHODUS, (der Vortrag/) INTERPRETATIO, (die Auslegung/) DISPUTATIO, (die Prüfung und Entscheidung.) De singulis seorsim.

DE RERUM COGNITIONE.

III. Ad Cognitionem tria requiruntur : DEFINITIO, (die Wesens=Abfassung/) DIVISIO, (die Unterscheidung/) DEMONSTRATIO, (die Erweisung/)

IV. DEFINITIO, (die Wesens=Abfassung oder genaue Beschreibung/) (quæ proinde cum DEFINITIONE NOMINALI, mit der Namens=Beschreibung / cujus requisita ex dictis ad Locum Notationis jam facile poterunt intelligi, non est confundenda.) est, (si generatim spectetur,) Oratio explicans naturam rei : (vel, si speciatim Logica magis, quam Physica esse debeat, est Propositio, non tam ipsam Rei essentiam, ex Materia & Forma physice, aut saltem metaphysice constantem, quam essentialem Rei conceptum, constantem Logice ex Genere & Differentia, tanquam finibus ipsi convenientibus circumscribens. Estque illa proinde)

1. PRIMARIA (die vornehmste und meistens zu achtende/) quæ affert Genus & Differentiam (Specificam; h. e. conceptum Essentiae,

sentia, quam Res definienda vel habet cum Speciebus proximis communem, vel sibi propriam.) *Temperantia* (strictiori sensu accepta,) est virtus, quæ mediocritatem observat circa cibum & potum,

**SECUNDARIA** (die geringere/ und weniger zu achtende/) s. (QUALISCUNQUE) **DESCRIPTIO**, (eine nicht so gar genaue Wesens-Beschreibung/) quæ loco Differentiæ (Specificæ) affert Propria vel Accidentia. *Temperantia est virtus sanitati & promotioni conducens, cujus optimum specimen editur convivio.*

2. **BREVIOR** (die kurz-gefasste/) quæ ad unum Topicæ locum, (exprimendæ Rei Differentiæ præ aliis convenientem,) respicit. (E.g.)

ad **OBJECTUM** in Habitibus: *Politica est prudentia, Republica bene administranda.*

ad **ADJUNCTUM** s. Jus in Personis moralibus: *Consul est Persona publica, habens jus presidendi in Senatus.*

ad **EFFECTUM** in Sensibilibus: *Albedo est color, disgregans usum.*

**PROLIXIOR** (die mehr-ausgeführte/) quæ Differentiam perit è multis locis. (E.g.)

**METALLUM** est corpus perfectè mixtum, [Genus:] ex sulphure & argento vivo mixtis & temperatis, [Materia:] in terre visceribus natum, [Subiectum:] virtute externâ siderum & interna ignium subterraneorum, [Efficentis:]

ens:] *durum, sororum, & aptum leguere,*  
 [Adiuncta:] *inseparabiliter potissimum usibus fa-*  
*brilibus. [Finis.]*

**FURTUM** est contractatio fraudulenta, (Genus:)  
 hominis fraudulenter contractantis, [Effici-  
 ens:] *rem alienam,* [Objectum:] *(capiens)*  
*invito domino,* [Forma:] *lucris faciendi gra-*  
*tia. [Finis.]*

Videantur Definitiones (complures,) (in *Compendiis* aut  
*Systematibus*) disciplinarum.

Ex his autem patet, Definitionis requisitum esse,  
 ut sit *perspicua & notior Definitio,* (& ei ubi-  
 que) *nec aliis (Rebus) præter Definitum*  
*competat:* (h.e. ut sit *Definitio suo ad aqua-*  
*ra: eoque proinde nec latior, quod fieret,*  
*si non compereret SOLI; nec etiam angu-*  
*stior, quod fieret, si non compereret*  
*OMNI.)*

**V. DIVISIO,** (die Unterscheidung) quæ ta-  
 men strictiori h. l. accepta sensu, non tam *Rem à*  
*Re,* quam *Rem à suis Partibus,* sive proprie sive im-  
 proprie talibus, *partemque aliam ab alia,* distribuendo  
*Rem in partes,* distinguit, indeque etiam **PARTI-**  
**TIO** die *Theilung* oder *Zertheilung* posset h. l.  
 appellari.) est oratio (vel Propositio,) quæ totum  
 (quodcunque) in suas (quascunque) partes (conve-  
 nienter) distribuit. Et (proinde) est:

**DEFINITI** (*Logice* spectati) in Genus & Diffe-  
 rentiam specificam: (*Physice* autem s. *Me-*  
*taphysice* spectati,) in Materiam & For-  
 mam.

**TOTIUS** (*proprie dicti*) in suas *Partes* (*proprie*  
*dictas*)

dictas, h. e. *substantiales*, vel *quasi-substantiales*.)

**GENERIS** in tuas (quas sub se complectitur)  
Species: (ac Speciei in sua, quæ sub se complectitur, Individua.)

**SUBSTANTIÆ** in diversas denominationes respectu Accidentium.

**OMNIUM RERUM** per Locos Topicos, (h. e. per varios ad Locos Doctrinæ Topicæ respectus, qui fundamentum præbere possunt, ad *Genus quodcunque*, respectus hosce diversimode admittens, in *variis Species* distribuendum.)

Sic enim Bellum dividi potest, respectu

**EFFICIENTIS**: quod geritur vel à Principe, vel à Republica.

**IMPULSIVÆ**: quod geritur vel ex ambitione, vel ob (illatam) alterius injuriam, &c.

**OBJECTI**: cum Christianis, aut cum infidelibus.

**SUBJECTI**: in patriâ vel extrapatriam: mari, vel terrâ.

**FORMÆ**: vel dolo, vel virtute, vel obsidionibus, vel preliis.

**FINIS**: vel pacis, vel gloria causâ, vel occidendi, vel vindicandi gratia.

**ADJUNCTORUM**: felix, infelix, laudabile, vituperabile, &c.

In omni vero Divisione cavendum, ne membra sint nimis multa, nec aliqua pars omittatur, vel in altera parte comprehendatur.

(A nu,



(A numero Membrorum dividendum alia Divisio vocatur **DICHOTOMIA**, quæ habet *duo* Membra, alia **TRICHOTOMIA**, quæ habet *tria*, & sic porro.)

(A **DIVISIONE** generatim spectata, differt **SUBDIVISIO**, quæ id, quod jam est pars divisa, sub ratione Totius denuo dividit: itemque **CONDIVISIO**, quæ vel diversa tota juxta se posita dividit, vel quoque idem totum uno modo jam divisum, dividit adhuc alio modo atque alio.)

(E.g. *Quando Homines, spectati in vita Civili, dividuntur in Imperantes & Subditos, Divisio est. Quando Imperantes rursus dividuntur in Superiores & Inferiores, atque Superiores rursus in Imperatores, Reges, Principes, &c. Subdivisio est. Quando porro Imperantes dividuntur quoque alio modo in Severos & Indulgentes, & Subditi quoque juxta Imperantes dividuntur, Condivisio est.*)

**V I. DEMONSTRATIO** (die *Erweisung* /) est oratio (vel argumentatio,) quæ, (si strictè & in rigore accipiatur,) certam, evidentem & prorsus necessariam causam assert, cur Prædicatum, seu, ut hic vocatur, **Affectio** (demonstranda,) in sit Subjecto, (de quo demonstratur.) Ergo hic considerantur:

**PRINCIPIUM** s. **CAUSA** (**DEMONSTRANS**),

(das *Beweisende* / oder der *Beweis* / *thum* /) quam in Oratoriis vocamus **ÆTIOLOGIAM**, in Logicis **MEDIUM TERMINUM**. Adducto enim tali principio: fidem habere propositioni incipimus. *Qc. eruditionem adjuvat, est laudandum.*

F

PRIN:

**PRINCIPIATUM**, s. PROPOSITIO (DEMONSTRANDA,) (das Beweisliche oder Bewiesene/) quæ in Oratorii vocatur PROTASIS, in Logicis CONCLUSIO. *Logica est laudanda.*

VII. Ipsa vero Demonstratio, est

I. **INDIRECTA**, (die nicht gerade zu beweisende/) quando non ostenditur causa (aliqua vera,) cur (vel propter quam) conclusio sit vera, sed (tantum) absurditas, (vel falsitas,) quæ sequeretur, nisi (eam) haberemus pro vera. *Si Principes non sunt honorandi: sequeretur eos seculis meros vixisse stolidos, qui regulam in se falsam inculcauerint.*

Pertinet huc (alio sensu) demonstratio à TESTIMONIO, quæ non expressa (reali) causa, sed (nuda) alterius auctoritate nititur. *Qc. Deus dixit, verum est. Qc. in legibus coninetur, iustum est.* (Nam nulla Auctoritas nuda, quæ talis, probat aliquid directe, sed tantum indirecte: quæ scilicet proxime nititur veracitate dicentis, atque remote, ipsa veritate rei. Quo tamen respectu commodius fortasse hanc Demonstrationem dixeris *Mediatam*, quam *Indirectam*. Potest præterea & illa Demonstratio vocari *Indirecta*, quæ demonstrato illo, cuius demonstratio intendebatur, demonstrat quoque aliquid, quod non intendebatur. Quæ autem Demonstratio intenditur, & tamen non præcipue intenditur, dicitur *Secundaria*.)

**DIRECTA**, (die gerade zu beweisende/) quæ causam (veram) allegat, (quæ positâ, etiam veritas Conclusionis necessario inferitur.)

fertur.) *Principes sunt honorandi: nam publicè benefaciunt, ac habent honoris merita.*

(Demonstratio, quæ *Directa* hic vocatur, demonstrat *verum ex vero*: sicuti, quæ *Indirecta* vocatur, ex *ipso falso verum* demonstrat; dum ostendit, veram necessario esse illius præmissæ contradictoriam, ex qua falsum consequitur.) (Licet autem & ista Demonstratio possit *directa* dici, quæ *falsum ex falso* demonstrat; quatenus monstrato uno falso potest etiam monstrari connexum, alterum: ea tamen hic præcipue respicitur, quæ *circa verum* demonstrandum occupatur.)

2. A PRIORI, (die von vornen her beweisende!) quæ (ex certe cognito eo, quod est prius, demonstrat id, quod est posterius; ideoque) ex causa (certe cognita) probat effectum. *Ignis (accensa materia fumantis) est in culina; ergo fumus prodibit è camino. Virtus convenit cum lege Dei; ergo pariet bonam conscientiam.*

A POSTERIORI, (die von hinten her beweisende!) quæ (ex certe cognito eo, quod est posterius, demonstrat id, quod est prius; ideoque) ex effectu (certe cognito) probat causam. *Fumus prodit è camino; ergo ignis (accensa materia fumantis) est in culina. Virtus parit bonam conscientiam; ergo convenit cum lege Dei.*

VIII. Optimum Demonstrationis subsidium est DEFINITIO. Vide, quid de PROPRIIS è DIFFERENTIA demonstrandis dictum sit (Cap. III. §. XXIII.) pag. 40. Sed quoniam *Definitio* coalescit è LOCIS TOPICIS; ad eam quoque (hic) recur-

ritur doctrinam. Si enim examinato secundum Locos Subjecto & Prædicato (Propositionis demonstrandæ,) utriusque convenientia vel discrepantia cognoscatur; jam in promptu sunt probationes. E. g.

**QUI VIRTUTEM COLIT, HOMINUM EST AMICUS.**

**Caus.** Effic. *Nam virtus provenit ab amore Dei beneficientis: ergo non negliget homines, quibus Deus vult benefacere.*

**Object.** *Virtus corrigit omnes affectus: ergo etiam invidiam & odium, quæ impediunt amicitiam.*

**Form.** *Virtus consistit in rectitudine secundum rectam rationem: ergo iubente ratione, quod sibi vult fieri, alteri faciet.*

**Effect.** *Virtus affert animi tranquillitatem: ergo singulos extra se cupiet esse tranquillos.*

**GARRULITAS NOCET POLITICO.**

**Effic.** *Venit ab incautiâ & imprudenti temeritate: ergo nocet illi, qui debet esse prudens.*

**Object.** *Prodit consilia reticenda: ergo nocet illi, cujus optima (quædam) virtus dissimulatio.*

**Form.** *Excedit in captanda per sermonem amicitia: ergo nocet illi, cujus optima (quædam) virtus est loquendi moderatio.*

**Effect.** *Affert contemptum & inepta simplicitatis opinionem: ergo nocet illi, cujus optimum fundamentum collocari debet in existimatione.*

**IX. Communiter distingui solet (Ratio probans)**

in

in rationem DEMONSTRATIVAM s. necessariam, (die zur versicherten Wissenschaft der Wahrheit bringende /) (quæ APODICTICA etiam vocari solet:) *Est fortis; nam confidit Deo:* TOPICAM s. probabilem, (die zur blossen Meynung und Wahrscheinlichkeit gereichende:) *Est fortis; nam patrem habuit fortem:* SOPHISTICAM s. fallacem, (die zur blossen Verirung und Verführung dienende:) *Est fortis; nam nunquam fugit hostem, scilicet quem nunquam vidit.* Sed facile patet: PRIOREM semper optatis ALTERAM in casu necessitatis (& certioris rationis defectu) tolerari; TERTIAM velut puerilem, (vel quoque ut jocosam, aut) malitiosam, explodi.

## DE TRIBUS CÆTERIS ARTIFICIIS.

X. Uno vocabulo dicere possemus INTERPRETATIONEM. Aut enim interpretamur conceptus nostros; unde, qui ordine & perspicuè singula proponunt, DONUM habere dicuntur HERMENEUTICUM: aut (interpretamur) alterius sermonem: aut adversarii objectiones. Quia tamen receptum est, ut illam vocemus METHODUM; istam INTERPRETATIONEM speciatim sic dictam; (hanc DISPUTATIONEM:) non est, eur ab eâ denominatione discedamus.

## DE METHODO.

XI. METHODUS, (der Vortrag/) est artificium disponendi res cognitæ, quas (nos docere alios cupimus, ac) alii discere à nobis cupiunt: & est vel UNIVERSALIS vel PARTICULARIS.

**XII. METHODUS UNIVERSALIS**, (der Vortrag einer gesammten Lehr-Berfassung/) digerit totam disciplinam, ejusque disponit *PRINCIPIA*, (dero Gründe/ oder Grund-Lehren/) & *PRINCIPIATA*, (und das darauff zu gründende/ oder gegründete.) Quamobrem est **SYNTHETICA**, (der durch Zusammensetzung etwas hervorbringende/) quæ positis Principiis progreditur ad Principiatum, h. e. (ut loquuntur,) ad Subjectum, & Affectiones; (welcher das Erstere zum Grunde leget/ und damit das Letztere ordentlich verbindet.) *Theologia primum agit de Principio, de Sacra Scriptura: postea de Deo, cujus essentiam, (attributa) & voluntatem, presertim erga homines, è Scripturâ demonstrat.*

**ANALYTICA**, (der durch Auflösung etwas hervorbringende/) quæ positò Principiato, h. e. (ut loquuntur,) Subjecto, & Fine, qui Subjecto debet introduci, progreditur ad Principia s. Media, quibus positis acquiritur Finis; (welcher das Letztere voraus sehet/ und durch dessen Zerlegung das Erstere darstellt.) *Politica curat Principiatum, Rempublicam velut Subjectum, Felicitatem ut Finem, tandem Principia, Leges & Consilia.*

(Certissimus Methodi *Synthetica & Analytica* Character est **COMPOSITIO & RESOLUTIO**; à quibus & nomen suum acceperunt, ut Latine illa **COMPOSITORIA**; hæc **RESOLUTORIA** dici queat. Illa ex Partibus componit Totum, ex Causis Effectum, ex Præmissis Conclusionem. Hæc Totum resolvit in Partes, Effectum in Causas, Conclusionem in Præmissas. Estque proinde *Analysis* nihil aliud, quam *inversa* vel *retrogradata Synthetis*. *Analysis*

lysis est utilis ad Inventionem & Demonstrationem Principiorum: Synthetis vero ad Inventionem & Demonstrationem Principiorum. Et quia in Theoreticis Disciplinis Cognitionis Principia jam debent supponi: hinc Methodus illis tribuitur Synthetica. In Practicis autem Disciplinis cum Actionis Principia, quae Media vocantur, non nisi ex Subjecti & Finis resolutione patefiant: hinc Methodus illis tribuitur Analytica. Quod alio si acciperes respectu; non posset simpliciter admitti.)

XIII. METHODUS PARTICULARIS, (der Vortrag eines Stück's von einer ganzen Lehr-Verfassung/) versatur circa partem disciplinae; Ideoque respicit certum THEMA, (eine gewisse zum Vortrag vorgesezte Materie:) quod vel est SIMPLEX vel CONJUNCTUM, vel MIXTUM.

XIV. Thema SIMPLEX (das Einfache/welches eine einzele Sache vorleget/) est (quod exprimitur per) nudum, (h. e. per unum, aut quasi-unum, quod sine Quaestione, Affirmatione & Negatione nude ponitur) vocabulum, cujus (significantis, ejusve Significati,) explicatio suscipitur. Dicendum e.g. est de Bello, (vel quoque de Bello-justo, de Bello-sancto, de Bello-Turcico, &c.) Et id quidem THEORETICE vel PRACTICE.

XV. THEORETICE, (oder in Absicht auff bloße Betrachtung/) cum thematis (solummodo) intenditur notitia: per Quaestiones (scil.)

PROOEMIALES, (Eingangs-oder Vorberreitungs-Fragen; quales sunt:) An sit? (ob etwas sey?) an detur bellum? an dari debeat inter Christianos? Quomodo vocetur? (wie sein Tab-

me beschaffen sey?) *bellum quassiminimè bellum, seu idem ac duellum.*

ESSENTIALES, (wesentliche oder Hauptfragen; quales sunt?) Quid sit? (was es sey?) & Quotuplex sit? (wie vielerley es sey?; vide qua supra (S. IV. & V.) monuimus de Definitione & Divisione.

NB. 1. Definitio tractari potest dupliciter: Synthetice: *cumpositis partibus, causis, adjunctis, contrariis, definitio tandem componitur.* Analytice: *cumposita definitione, singulorum membrorum distincta sequitur explicatio.*

NB. 2. Quando Thematibus loco habemus PERSONAM: sufficit describere Adjuncta Fortunæ, (Corporis,) & Animi: (Nativitatem,) Patriam, Parentes, (formam habitumque corporis, ingenium.) educationem, specimina, promotionem, (res gestas,) amicos, (inimicos,) matrimonium, liberos, tandem mortem & superstitem famam. Sic enim patet, QUID & QUOTUPLEX ea sit.

XVI. PRACTICE, (oder in Absicht auff gewisse Verrichtung/) cum usus & prudentia rei gerendæ, perpenditur. Inde occurrunt.

FINIS, (Der Endzweck/) Cur sit bellum?

MEDIA, (Die Mittel/) Quibus consiliis, militibus, commeatibus, armis, fœderibus, generatur.

NB. Quomodo Rhetores ab honesto, utili, jucundo, facili, necessario, procedant; alibi dictum est. (vid. cap. V. S. XVIII. p. 71.)

XVII. Thema CONJUNCTUM, (das zusammengefügte / welches eine ganze Frage vors



vorleget/) est integra Propositio s. Quæstio: *An bellum geri possit (à Christianis) adversus Christianos?*  
 Ubi:

Explicantur Termini, (Mann erkläret die in der Frage begriffenen Wörter:) *quid sit bellum? qui Christiani? quid sit gerere bellum?*

Formatur Status Controversiæ, (Mann stellet vor/ wovon eigentlich die Frage sey:) *an (Christianus) aliquis à Christiano laesus, cum aliter constare nequeat securitas, gerere (adversus eundem) possit bellum?*

Præsupponuntur Principia, (Mann setzt gewisse Grund-Sätze voraus:) *Principi competit defensio: sine defensione corrumpitur Respublica.*

Resolvitur Quæstio, (Mann beantwortet und erörtert die Frage:) (partim) à natura Subjecti: *Bellum est actus iustitiæ; ergo non dedecet Christianos:* (partim) à naturâ Prædicati: *Christianus amare debet proximum; ergo impedire potest eos, qui amoris leges aperte violant.*

Refelluntur Objectiones, (Mann wiederleget die Einwürffe:) *Christianis prohibita est vindicta; sed privata, non publica.*

XVIII. Thema MIXTUM, (Das aus beyden Arten vermischte/ und also theils einzele Sachen/ theils Fragen vorlegende/) in se quidem est simplex, sed in progressu variis (Quæstionibus, aut Confectariis ansam suppeditat.

XIX. Est autem CONSECTARIUM, aliò nomine PORISMA s. USUS, (eine Lehr- Solg- ge oder Nutz- Anwendung/) Propositio, quæ medium terminum petit ex antecedente tractatione. (Estque id triplicis generis:)

**DOCTRINALE**, (zur Lehre dienend /)  
(ubi respicitur) quaestio certæ disciplinæ.  
Hoc

**positivum** (s. **DIDASCALICUM**, zur **Bes-  
hauptung** gereichend; scil. asserendæ  
*veritatis.*) *Ergo bellum potest geri à solo prin-  
cipe: quoniam est principale medium conser-  
vandi Rempublicam.*

(negativum s.) **POLEMICUM** vel **ELEN-  
CTICUM** (zur **Wiederlegung** gereich-  
hend; scil. confutandi *erroris.*) *Ergo er-  
rant fanatici, quibus omne bellum videtur  
iniustum: nam datur causa justa.*

**MORALE**, (zum **Leben** dienend / ubi re-  
spicitur) quaestio vitæ. Hoc

**positivum**, s. **PÆDEVITICUM** vel **PARÆ-  
NETICUM**, (zur **Ernahnung** gereich-  
hend; scil.) suadendæ virtutis. *Ergo sub-  
diti fortiter sequantur principem: nam sub  
hoc negotio versatur salus publica.*

**negativum**, s. **EPANORTHOTICUM** (zur  
**Befstrafung** gereichend; scil.) dissuaden-  
di vitii. *Ergo temere alter non est ladendus:  
quia satisfactio tam est periculosa.*

**CONSOLATORIUM** (s. **PARACLETI-  
cum**, zum **Trost** dienend / oder zur **Er-  
munterung** / ubi respicitur) quaestio fe-  
rendæ fortunæ: (scil.)

quid patiendum: *Ne desperemus; principem  
habemus Deo gratum.*

quid sperandum: *sequetur aliquando pax.*

**XX. Utriusque Methodi** (h. e. tam *Syntheticæ* quam  
*Analyt.*)

*Analytica*, earumque versantium circa quodcumque Thema,) Regulæ sunt:

1. Ut notiora & faciliora precedant, difficiliora sequantur.

Inde Logica nostra non attendit ORDINEM NATURE in doctrinâ termini & enunciationis, sed ORDINEM DOCTRINÆ.

2. Ut superflua prorsus omittantur.

Hinc in Definitionibus & Divisionibus non attingimus omnes Locos Topicos, unde quicquam erui posset; sed eos tantum, quos in illustrando themate judicamus (præ aliis) necessarios.

## DE INTERPRETATIONE.

XXI. INTERPRETATIO, (die Auslegung) est artificium, assequendi (& explicandi) alterius doctrinam. Ergo in se nihil aliud est, quam (perceptio &) iudicium de alterius Methodo, (deque latente sub Methodo alterius Doctrina.)

(Quicquid enim continetur in alterius doctrina: id omne debet assequi interpretes. Non potest autem id esse assecutus, nisi explicitam sibi habeat alterius doctrinam, eoque aptus sit, ut aliis quoque explicare eam possit.)

XXII. Duo tamen (vel proinde) sunt, quæ ab interprete (perfecte tali) curantur: (scil. propositæ ab altero Doctrinæ) SENSUS, & (quæ cum Bonitate debet esse conjuncta,) VERITAS: (quorum alterum ad Esse Interpretis simpliciter, alterum vero ad BENE Esse ipsius pertinet.)

XXIII. VERITAS, (die Wahrheit) est convenientia principiorum & principiatorum (tam

curs

cum Rebus ipsis, quam inter sese;) quam nemo cognosceret, qui disciplinam, quorsum thema pertinet, non pertractaverit. (Sicuti *BONITAS* Doctrinæ consistit in convenientia cum vero Hominis Fine, & cum Regulis rectæ Methodi, de quibus jam supradictum fuit.)

Utinam (vero) aliqui Logicæ primarium opus non statuerent speculationem de VERITATE PROPOSITIONUM. Sic enim Logica non est disciplina instrumentalis, sed Principalis. Et felicissimi semper sunt, qui præsupponunt (vera) principia: Theologi SCRIPTURAM, Juri LEGES, Medici EXPERIENTIAM. (Etsi vero non spectet ad Interpretem quæ talem ipsa Propositionum *veritas*: *modus* tamen de ista *veritate* *judicandi* ab eo non adedè est alienus: nec concreate *ipsum* *Judicium*.)

XXIV. SENSUS Sermonis, (der Sinn oder Verstand der Rede) eruitur (triplici modo:)

GRAMMATICÆ, (nach der Wörterkunst: ubi disquiritur,) num vocabulorum sensus (sit:)

I. LITERALIS & PROPRIUS, (Buchstäblich und Eigentlich:) vel IMPROPRIUS & TROPICUS, (Uneigentlich, und Aunderwärtig.) Sensus autem Literalis negligi non debet, nisi suadeat necessitas. *Sed necessitatis hic est Canon*: Talia sunt Subjècta, qualia permittuntur esse à suis Prædicatis: & talia sunt Prædicata, qualia permittuntur esse à suis Subjèctis. *Christus est petra*. (Ubi Subjèctum non permittit, ut Prædicatum accipiatur

cipiatur proprie. (*Stella orietur ex Jacobo.*  
Ubi Prædicatum non permittit, ut Subje-  
ctum accipiatur proprie.)

2. PURE GRAMMATICUS, (blos-Wörte-  
lich/ oder nach den Worten :) vel  
CONSUEUDINARIUS s. POLITICUS  
(aut POPULARIS, blos Gewöhnlich/  
oder nach der Gewohnheit des büre-  
gerlichen oder gemeinen Gebrauchs.)  
*Ubi valet Regula:* In vocabulis non (sola)  
spectatur etymologia, sed (quoque) usus.  
(Sic) *doctissimus* (politice) non est, qui ca-  
teros (doctrina) superat, sed qui vixit in  
*Academia:* (et si hæ locutiones hyperbolice  
a vita civili rectius abessent.)

3. LATUS, (weit-genommen :) vel STRI-  
CTUS, (enger = eingezogen.) *Ubi va-*  
*lent Regula:* Verba accipiuntur cum effe-  
ctu: (h. e. ita, ut obtineatur illud, cujus  
obtinendi ergo verba esse prolata vel ac-  
cepta constare satis potest.) *Si dedisti de-*  
*cem dierum inducias; intelligitur latè, ut si-*  
*mul comprehendantur noctes. (Si quis mu-*  
*rum civitatis transcendens dicitur capitalis*  
*supplicio afficiendus; intelligitur strictè, ut ike-*  
*rantum rapiatur ad supplicium, qui fecit id*  
*illicito modo.)*

Analoga sine addito stant in significatione fa-  
mosiore. *Princeps* (ein Fürst) absolute no-  
minatus, strictè notat *Monarcham* (sum-  
mum.)

(Famosior tamen significatus non semper ve-

nit

nit habendus ille, qui est *excellenior*, sed aliquando etiam iste, qui est *frequentior*. E. g. Hoc ipsum vocabulum *Princeps* in sensu *excelleniore* significat *Monarcham summum*; in sensu *frequentiore* autem significat *Personam*, quæ dignitate est *superior Comite, & inferior Electore Rege & Imperatore*. Sic nomen *Tbalerus* in sensu *excelleniore* significat *florenos duos*; in sensu *frequentiore* non nisi *unum cum dimidio*.)

**LOGICE**, (nach der *Vermunft- & Lehre*!) (ubi disquiritur,) quibus argumentis constet *Subjecti & Prædicati convenientia*. Sunt autem ea argumenta

**EXPLICANTIA**, (*Auslegende*!) qua *subjecti & prædicati genuinum sensum, veramque naturam exhibent*.

**PROBANTIA**, (*Erweisende*!) qua *subjecti & prædicati connexionem ostendunt*.

**AMPLIFICANTIA**, (*Erweiternde*!) qua *utriusque proprietates & circumstantias, ad intelligendam melius connexionem, ulterius indagant*.

**ILLUSTRANTIA**, (*Erklärende*!) qua *Locos topicos externos adhibent; contrarium, comparatorum, exemplorum, testimoniorum*.

**RHETORICE**, (nach der *Redekunst*!) (ubi disquiritur,) quibus (argumentis) affectibus vel moribus constet **INVENTIO**, (die *Erfindung*;) quibus membris & singularibus amplificationibus **DISPOSITIO**, (die *Ein-*

*Einrichtung/*) quibus elegantis & figuris ELOCUTIO, (die Auszierung.)

XXV. Ceterum Rhetorica, (quandoquidem dicentem docet, quævis animi sensa, sive sint *propria*, sive *aliena*, aliis verba faciendo quam clarissime exponere,) non solum valet interpretando, sed interpretandi hoc artificium explicando per Methodum

NATURALEM, cujus hæc est regula:

*Quos in sermone (proferendo) sunt Notabilia, tot sunt Partes.*

ARTIFICIALEM, quæ (*Notabilium per terminos Artis exactiorem faciens distinctionem,*) sic procedit: *Tot sunt Partes, quot (Propositionum præcipuarum unius aut plurium) sunt vel Subiecta, vel Prædicata, vel Determinationes, vel Argumenta.*

(Dubium tamen adhuc videri posset, utrum *Rhetorem* debet esse *Interpretem*, an: *Interpretem* esse debere *Rhetorem*, convenientius sic statuendum est Utrumque suo modo potest affirmari. Ast cum *Interpretis* strictè dicti officium sit, *Sermonis* jam prolati sensus explicare, *Rhetoris* autem strictè dicti, *Sermonem* apte proferre; indeque magis conveniat *Interpreti*, ut explicando *Sermonem*, *Sermonem* aptefaciat, quam *Rhetori*, ut *Sermonem* jam prolatum explicet: apparet quoque, quod magis conveniat *Interpreti*, esse *Rhetorem*, quam *Rhetori*, esse *Interpretem*.)

## DE DISPUTATIONE.

XXVI. DISPUTATIO, (die Prüfung oder Entscheidung/ quæ Latine à *putandis* vel *refecandis* utrinque falsis & inutilibus nomen accepit,) est opinio-  
num contradictoriarum collatio, (præcipue  
exuenda)

eruendæ veritatis causa, (vel saltem ingenii tentandi & exercendi ergo, commode instituta.) Et (ea quidem) vel suscipitur in *SCRIPTO*, vel in *COLLOQUIO*.

XXVII. De *SCRIPTO* non est, cur multa moneamus: digeritur enim secundum methodum thematici conjuncti.

XXIIX. *COLLOQUIUM* instituitur inter duas *Personas*, (aut *realiter*, aut *ratione* saltem distinctas: cum possit & unus aliquis cum se ipso quandoque disputare, & duas hac ratione personas gerere.) Habemus enim in omni Disputatione *Duas Personas* prorsus *ESSENTIALES*:

*OPPONENTEM*, (den *Bestreiter*/) cujus (in conflictu constituti) officium est: *Thesin*, quam impugnandam sibi sumet, indicare; *Statum controversiæ* formare; *Syllogismum* afferre, (debita forma instructum,) cuius conclusio (directe vel indirecte, sed *veretamen*) contradicat *thesi*; *premissas*, si voluerit respondens, probare; *Responsionibus* semel datis denuo instare, h. e. aliquid ex hac responsione in dubium vocare; (inque his omnibus) ab ineptis *sophismatibus*, (aliisque quæ opponentem parum decent,) abstinere, (& *palman* denique *Respondenti*, si ipsi fuerit ab eo satisfactum, libenter cedere; si non fuerit satisfactum, nec satisfieri possit, ab urgendo modeste tandem desistere, *ulteriorem tamen de dubiis objectis meditationem commendare*, & *Presidis Auditorumque iudicium expectare*.)

RESPON:



**RESPONDENTEM**, (den Vertheidiger/) cui in subsidium aliquando venit **PRÆSES**, cujusque (in conflictu constituti) officium (est: *Formatum ab opponente controversia statum vel diffiteri, vel agnoscere, eoque agnito, Objectionem assumere vel repetere, (de argumenti assumti legitima forma discipere; & si in ea nihil possit desiderari,) Probationem (Præmissa cujusque dubia) exigere: (tum) Responionem formare (vel) indirectam, qua (deducendo objectionem ad absurdum) solum ostendat conclusionis (aut argumentationis rariius) falsitatem; (vel) directam, que falsitatis rationem probet, (rationabiliter) vel negando & invertendo, vel distinguendo & limitando; (aut, si non possit objectioni satisfieri, ab insufficienti Responione malle abstinere, & Præsidem decenter in subsidium vocare.)*)

(Habemus nempe etiam **PERSONAS**, ad **BENE-ESSA** Disputationis pertinentes: scilicet

**PRÆSIDEM**, den Vertreter/ cujus officium est, esse bonum Directorem, bonum Oportulatore, bonum Interpretem, bonumque Arbitrum s. Judicem: *h. e. Actum Disputationis dirigere, & semper prospicere, ne quicquam contra Leges disputandi committatur; Disputantibus, & maxime Respondenti, qui in defensionis versatur statu, circa objectiones & responsiones tanto convenientius formandas subvenire, obscurius dicta declarare, prava corrigere, manca supplere, denique totam con-*

G

trover.

eroversam contrahere in summam, eandemque nervosa brevitate recensere, ac tandem arbitrium suum sapienter prudenterque interponere, & si controversia propter disputantium pertinaciam, aut dubiorum propositiorum difficultatem, non potuerit componi, eandem vel abrumperere, vel in suspensio relinquerere, & continuationem illius in tempus aliud differre.

**AUDITORES**, die Zuhörer/ quorum officium est, esse bonos Extimulatores, bonoque Suffragatores: h.e. attentione debita, nec rerum controversarum imperita vel ignara, disputantium fervorem excitare, utrinque prolata accurate percipere, à somno perinde, ac confabulationum, & discursationum irrisionumque strepitu sibi temperare; tum & à partium studio abstinere, & illi denique, à cuius partibus stat veritas, decenter applaudere, nec non Disputationis bene maleve peracta testes se præbere.)

(Possunt his quoque addi **OFFICIA** Disputantium **COMMUNIA**, qualia sunt: *Habere debitam notitiam rei de qua controvertitur, ideoque & Thesum de eadem propositarum verba, sensum, hypotheses, harmonias, antilogias, consequentias, nec non antitheses, harumque rationes & conditiones, unà cum cæteris, quæ ad historiam ejusdem, aut cognatæ vel affinis controversiæ spectant, jam ante conflictum bene nota sibi reddidisse; nosse item modos & ligas disputandi, easque exacte semper obser-*

VARO

vare velle proindeque ante omnia dispicere, quid alter possit de altero sibi promittere, & an conveniant in primis principiis, ex quibus est Disputatio instituenda; tum & in ipso conflictu sectari veritatis, civilitatis, humanitatis, modestiæ & æquanimitatis studium, ac ea propter à Sophisticationibus, ab affectatis cum extenuationibus tum exaggerationibus & ostentationibus, à vociferationibus, à compellationibus vel nimium vel parum honorificis, indeoque cum ab assentationibus & adulationibus, tum ab exagitationibus, invectivis, objurgationibus, exprobrationibus, fugillationibus, nec non ab interpellationibus clamosis, aliisque similibus, in quantum hac disputantes dedecent, cum cura abstinere.)

**XXIX.** Distinguendi & limitandi subsidia præstant

**CANONES**, quos in Metaphysica (& pleniori Doctrina Topica) habemus limitatos.

Qualis causa, (in causalitate spectata,) talis effectus.

Causa causa, (quæ talis,) est etiam causa causati.

Qui vult finem, (efficaciter,) vult etiam media &c.

**DISTINCTIONES** s. termini, quibus diversi conceptus exprimentur. (Æque)

**REALES** è disciplina principali.

Peccatum, originale actuale.

Tutor, testamentarius legitimus & datus.

Salvia, major & minor &c.


**INSTRUMENTALES** è Logica.

Absolutè - respectivè, confusè - determinatè, formaliter - materialiter, implicite - explicite,

late - strictè. &c. (quales Distinctio-

nes instrumentales copiose tradidit  
B. Dn. Autor, in sua *Logica majori*,  
*Part. 1. L. III. cap. XIV. p. 177.*  
*Jeqq.*)

(Spectat huc Regula: *Quicumque terminus  
est ambiguus: ille distinguitur, & applican-  
do distinctionem limitatur.*)



MANTISSA  
(IPSIUS B. DN. AUTORIS:)

DE

PRÆDICAMENTIS DISCI-  
PLINARUM.

I.

Supra (Cap. IV. §. XXXIII. p. 55.) dictum est  
Not haberi Generum & Specierum classes, (scil. ex-  
tantiores,) quot numerantur Disciplinæ: quod qua  
ratione debeat intelligi, nunc expediemus.

II. Etenim Logica dum (decem) constituit Præ-  
dicamenta; non exhaurit res omnium disciplinarum;  
sed luculento saltim exemplo præire voluit; ut co-  
gnitis (summorum) Generum & Specierum disposi-  
tionibus, quid ubique fieri debeat, intelligeretur. Nam  
in quo Prædicamento (*decem* receptis minus Gene-  
rali, magisque contra Speciali,) collocaret

LOGICUS Enunciationem aut Definitionem?

RHETOR Chriam aut Figuram?

MEDICUS Balsamum aut Electuarium?

ICTUS

DE PRÆDICAM, DISCIPLINARUM. IOI

JURECONSULTUS Tutorem, Agrum, Hæreditatem?

POLITICUS Nobilitatem aut Bellum?

THEOLOGUS Sacram Scripturam?

III. Quantum autem quævis disciplina sibi sufficiat: exemplo quàm facillimo demonstrabimus. Ponamus ARTEM SUTORIAM. Ea, tanquam practica, tres constituit classes, *SUBJECTI*, *FINIS* & *MEDIORUM*, seu, ut commodius loqui licet, *OBJECTORUM*, *EFFECTORUM* & *INSTRUMENTORUM*. Inde sic procedit:

**OBJECTUM** est Corium: idque vel *Cordubense*, (vel) *Moscoviticum*, *Anglicum*, *Gallicum*, &c. (En!) quot hic emergunt Species!

**EFFECTUS**: *Ocrea*, *calceus*, *crepida*, &c. Et hic varix sunt Species.

**INSTRUMENTUM**:

ingrediens: *filum cannabinum*, *claviculi lignei*, &c.

præparans: *regula calcæria*, *assula*. *scabrum*, &c.

perficiens: idque

ad necessitatem: *modulus ligneus*, *subula*, *falcula*, &c.

ad commoditatem: *sella*, *digitale*, *corium manuale* & *genuale*, &c.

ad ornamentum: *acramentum*, *spongia*, *cera*, &c.

(NOTA: Essent quidem nonnulla, quæ circa hanc propositam *Artis Sutoria delineationem practica-mensuralem*, ut & circa sequentes quasdam delineationes, monenda, & paulo aliter conformanda viderentur. Attamen cum & istæ vel in prima suâ

63

forma

*forma relicta* jam sufficient, ad laudabilem B. DN. Autoris intentionem declarandam: nolimus alias delineationes h. l. substituere; sed *Addendis in fine* unam alterumve mutatae delineationis exemplum reservare.)

IV. Equidem Sutores, caeterique tum opifices tum artifices, suas sibi reservent Species: dummodo clarum sit, neminem adeo Logices naturalis (esse) expertem, quin suae professionis Genera & Species distinctè cognoscat, suisque discipulis cognoscendas proponat.

V. Interim cur id sibi non tribuant DISCIPLINAE POTIORES, quae Logicam artificialem secutae, melius & commodius ad Specierum suarum distributionem procedunt?

VI. Ipsa LOGICA duo summa habet Genera: INSTRUMENTUM, & APPLICATIONEM seu ARTIFICIUM. INSTRUMENTUM est vel *Terminus prima (Mentis) operationis*, vel *Oratio (ex Terminis constructa)*, eaque tum *simplex secunda operationis*, Enunciatio, tum *composita tertia operationis*, Syllogismus. ARTIFICIUM esse quadruplex, è superiori capite patet. Jam apparet, quam commodè dicatur: *Enunciatio est oratio; Definitio est artificium orationis, quae explicat naturam rei*, vel compendiosius, quoniam artificii mentio praesupponitur, *oratio explicans naturam rei*.

VII. RHETORICA itidem habet INSTRUMENTA, INVENTIONIS, DISPOSITIONIS, ELOCUTIONIS; & ARTIFICIA, quae spectantur in orationum speciebus, SCHOLASTICIS, POLITICIS, ECCLESIASTICIS. Jam quid impedit,

dit, quo minus dicam: *Christa est Instrumentum Dispositionis, Figura est Instrumentum Elocutionis.*

IX. Sic, si **MEDICUS** docere debeat, in quo prædicamento sit *Balsamum*, aut *Electuarium*: ipsa **PHARMACOLOGIA** Generum loco statuit **MEDICAMENTUM NATIVUM** *f. simplex*, & **PRÆPARATUM** *f. compositum*, quibus subjici possunt Species, quotquot à Pharmacopolis numerantur.

IX. **JURECONSULTI** de suis Generibus securi sunt, postquam Imperator Juris objecta sic distribuit: *Omne autem jus, quo utimur, vel ad PERSONAS pertinet, vel ad RES, vel ad ACTIONES.* In quas autem Species singulae dividantur, clarum est. Imprimis pulchræ **RERUM** sunt Species: **CORPORALES**, quæ tangi possunt, eaque tum **IMMOBILES**, *Prædia rustica ac urbana*, tum **MOBILES**; **INCORPORALES**, quæ consistunt in nudo jure, ut **SERVITUS**, **HÆREDITAS**, **OBLIGATIO**. Jam *Tutor est persona, Ager est prædium rusticum. Hæreditas est res incorporalis.*

X. Iplis vero prædicamentis Juridicis multum accedet lucis, si primo cognoscatur **SYSTEMA TOTIUS DOCTRINÆ MORALIS**, ubi proponuntur:

**SUBJECTUM**, Persona in societate humana vivens: eaque

**SIMPLEX**, unus homo, (eaque)

**IMPERANS**,

**PARENS**, eaque vel **PUBLICA**, *vi-*  
*vens in statu (aut) Ecclesiastico f. Clerico,*

aut Civili s. Politico; vel *PRIVATA*,  
vivens in statu Oeconomico.

**COMPOSITA**, Societas, è multis homini-  
bus ita consistens, ut unam personam in  
certis actibus representet. *Senatus, Colle-  
gium, Exercitus*. Nobilissima hujus spe-  
cies est *RESPUBLICA*, quæ iterum di-  
viditur in *MONARCHIAM, ARISTO-  
CRATIAM, DEMOCRATIAM*.

Differentiæ & Proprietates harum Personarum  
peruntur

in **ETHICIS**, s. (quoque) in Theologia mo-  
rali, ab obligatione s. Officiis, quibus de-  
vincam habent conscientiam.

in **POLITICIS**,

vel à **JURE EXTERNO**, & strictâ obli-  
gatione, quæ inde sequitur, quale est

Jus Principis: **MAJESTAS**, quæ di-  
versa habet jura s. Regalia: *Jus  
belli, pacis, fœderum, legum, judicio-  
rum, tributorum, præmiorum*.

Jus personarum publicarum, vel pri-  
vatarum.

vel à **STATU** s. **CONDITIONE**, quam  
habent respectu bonorum Fortunæ:  
*Nobiles, ignobiles; Divites, Pauperes*.

**FINIS**, s. Felicitas, huic Subjecto introducen-  
da; (isque)

**ETHICUS**, *Virtus*, quæ suas Species fa-  
cilè invenit; præcipuè si placeat sectari  
Decalogum.

**POLI**;



**POLITICUS**, *Sufficientia & conservatio Reipublica*; quo referuntur omnia *Fortuna bona*, quatenus felicitatis hujus vel instrumenta sunt, vel partes.

**MEDIA**, quibus positis, felicitas sequatur: (scil.)

**LEGES**, quæ *divina, naturales, civiles, publica, privata, scripta, non scripta, &c.*

**CONSILIA**,

*Virtutum politicarum: Simulationis-dissimulationis, Cunctationis-festinationis, Cautationis-diffidentia, &c.*

*Actionum politicarum: Pacificationis, Belligerationis, Judicii, Tributorum, &c.*

XI. Jam si quæras, in quo prædicamento sit **NOBILITAS**? ea vel est *Status*, vel *Bonum Fortuna*, vel, quatenus est præmium, *Objectum Majestatis*, aut *medium conservandi Reipublicam*. Si quæris, quid sit **BELLUM**? est id aut *Status Reipublica*, aut *Malum Fortuna*, aut *Medium conservandi Reipublicam*. Et proinde, quoniam tot respectus intercedunt; non improbandi sunt, qui definitionem (quandoque) formant omisso, vel sub-intelleto Genere. e.g. *Bellum est, cum inter duos principes publica exercetur inimicitia.*

XII. Restat exemplum **THEOLOGICUM**. Sed hæc disciplina distribuitur in **PRINCIPIUM** & **PRINCIPIATA**. **PRINCIPIUM**, quatenus est revelata, est *Verbum Dei*, idque vel *scriptum*, post *Mosen*, vel *non scriptum*, ante *Mosen*. Jam quid dici posset commodius, quàm *Scripturam S. esse Verbum Dei.*

XIII. Forſan aliquis ſcire voluerit, quorſum IPſA referatur LOGICA, cum dicitur *Disciplina inſtrumentalis*? Sed, ſi cogitemus, Logicam eſſe vel DOCENTEM, vel UTENTEM, quæ diſtinctio per omnes valet diſciplinæ: UTENS vocabitur Habitus, & pertinet ad primam ſpeciem Qualitatis: DOCENS, etſi referri poteſt ad claſſem Rerum artificialium, tanquam artificium methodi; tamen (& ea) commodiſſimè reducetur a. illud Prædicamentum, in quo eſt Habitus.

\* \* \* \* \*

Deſiderabit heic B. Lector *Clariſſimi Editoris* (Dn. Prof. LANGII) ADDITAMENTA & ILLUSTRAMENTA CONTINVA MAIORA, Diſcipulis provecſi oribus ipſiſque Doctentibus, ob ſingularem exactamque, qua ea pollent, doctrinam maxime profutura, nec non ipſius NOVAM PRAEFATIONEM, quorum in Titulo eſt facta indicatio. Sed cum in gratiam Tironum heic SOLVS NVCLEVS WEISIANVS, cum ſolis Textualibus Cl. Editoris Additamentis, eſſet quorundam ſuaſu & rogatu etiam ſeorſim exhibendus venumque exponendus: non pigebit nec pœnitebit eum, qui majora iſta pro majori uſu deſiderat, etiam *Torum hocce Opus* ſibi comparare: quod iridem proſtat apud *Heningum Müllerum*, ſub Titulo, IO. CHRIST. LANGII NVCLEVS LOGICAE WEISIANAE, &c. conſtans Alphabeticis duobus, & aliquot, quæ excurrunt, plagulis, 1712. in 8vo cum *Figuris Compluribus* de ſculptura impreſſis.

### CORRIGENDA QVAEDAM.

Pag. 20. lin. 4. (loco non caprar) lege: *is deſpicit* Ibid.  
 lin. 5. (loco caprar) lege: *non deſpicit* Pag. 29. lin. 24.  
 lege: *ſimpliciter, vel per Contrapositionem, conuertis.*

753675

VD18

ULB Halle  
008 250 286

3



8







B.I.G.

Farbkarte #13

Centimetres

Black  
3/Color  
White  
Magenta  
Red  
Yellow  
Green  
Cyan  
Blue

CHRISTIANI WEISSII,  
(VIRI QVONDAM CLARISSIMI),  
NVCLEVS  
LOGICAE:

Succinctis  
REGVLIS,  
sufficientibus tamen  
EXEMPLIS,  
in  
COMPENDIO

exhibens,  
quicquid à primis Disciplinæ auditoribus  
disci vel requiri potest:  
*In eorum gratiam, qui majori Logicæ (ipsius)  
jam dudum publicata manus admovere  
tandem cupiunt.*

EDITIO NOVA,  
CVRANTE  
OH. CHRISTIANO LANGIO;  
PROFESSORE PHILOSOPHO  
GISSENO:

na præter Additiones craberrimas, Terminorumque Artis Ger-  
manicas Expressiones, per modum interpolationis aut parenthe-  
sis ipsi B. Dn. Autoris textui curate recognito, in Locum ne-  
cessarij supplementi aut illustramenti, ab Editore interjectas sub-  
stantiasque, etiam continua quadam accesserunt ejusdem ADDI-  
TAMENTA NOVA, una cum nova Prefatione, quæ ra-  
tionem & usum cum Opusculi ipsius, tum novæ hujus  
Editionis, discretius exponit.

GISSAE, Typis & Sumptibus Iohannis Mülleri,  
Anno MDCC XXI.

